MANTISSA
CELEBRIUM IN BELGIO, ET GALLIA SCRIPTORUM

Qui tardiùs, poſt editum nuper, ſuccurrerunt tractatum, cui Titulus,

DOCTRINA
QUAM

De Primatu, Authoritate, ac Infallibilitate Romani Pontificis tradiderunt Lovanienſes S. T. Magiſtri, ac Profeſſores, tam Veteres, quàm Recentiores propriis ipſorum verbis, ac probationibus expreſſa,

DECLARATIONI
Cleri Gallicani de Eccleſiaſtica Poteſtate nuper editæ Oppoſita,

Cenſuræque à Sorbona recenter latæ adverſa.

PER D. A. A. S. THEOL. PROEESSOREM.

ACCESSIT
EJUSDEM AUTHORIS
DISSERTATIO
De immediata Epiſcopalis & Synodalis Juriſdictionis Origine.

LEODII,
Apud HENRICUM HOYOUX *Anno* 1683.

PROPEMTICON.

NE divinatione opus ſit de ſecundæ hujus ſcriptionis cauſa, *Lector Benevole*, eam tibi ſtatim exhibet inſcriptus frontiſpicio titulus. Neque enim illam præceps ambitio, nec ad novam aliquam capeſcendam litterariam pugnam impetus, nec pruriens viciniam laceſſendi libido, ſed imperfecta mihi admovit diligentia in colligendis latentium tunc Theologorum pro *Romani Pontificis Primatu, authoritate, infallibilitate*, ſcriptis: è quibus ea ſolummodò deſcribere ſpatium fuit, quæ vel primus aſpectus ſubjecit, vel celerior indago aſſequi potuit. Nihil eorum, poſtquam ad manus devenerunt, omitti oportuit, ne præclariſſimis monumentis ad breve compendium contractis fraudentur, quibus longæ, faſtidioſæque variorum voluminum, per quæ diſperſa ſunt, lectioni incumbere otium non eſt: ſed facili operâ ſtudioſa poſteritas perſpectum habeat, unum illum omnium, in hanc uſque ætatem, ſæculorum ſenſum, qui omnes orbis partes perpetuâ ſucceſſione pervaſit, receptamque hujuſce veritatis regulam, quam pari, ac veluti

 præ-

præſago conſenſu, Galliæ æquè ac Belgii Doctores reliquerunt, (quod & nuperus Duacenſium libellus Regi Chriſtianiſſimo exhibitus profitetur) non niſi totis duobus, ut ſummum, tribus in illa, à ducentis ſeptuaginta circiter annis, diſſidere novo conſilio incipientibus. Conſulendum venturis ſæculis duxi, ne à Majorum veſtigiis abeant, utque ex compilatis Proavorum documentis ſciant Eccleſiæ filii, quantum ſupremo illius Capiti, ſuoque Patri, ac Paſtori, unico Chriſti Vicario, B. Petri Succeſſori debeant: penes quem rerum omnium ſumma, paſcendique Gregis univerſi cura omnis excubat: cujus unius eſt, intimam Sacrarum Litterarum medullam expromere, emergentia circa fidem dubia, & lites decretoriâ infallibilis Judicii deciſione dirimere, & terminare, nec continuò coactis ad hoc ipſum Conciliis; quibus ipſe præeſt, ac definiendi authoritatem impartitur: quorum decreta, ut valeant, probat: acta confirmat: Leges ſtabilit, moderatur, corrigit, & ubi viſum, abrogat: nec ullius Synodi perfecta eſt, & plena poteſtas, niſi & Romani Pontificis accedat voluntas: cujus dextera Paſtores cæteros creat, inſtituit, præficit, atque in partem ſolicitu-

citudinis admiſſos, neceſſariæ juriſdictionis participio ſingulos dotat. Numquam fas eſſe credam, de tanto Apoſtolicæ Sedis Jure, ac Authoritate ambigere, & adversùs eam pauculorum jam memoratorum (quos primipilos perniciosa tunc in maximis Eccleſiæ turbis, tempeſtas in contrarias partes traxerat) opinione niti. Sed omnium minimè hôc iſto ævo: quo contentioſiùs productæ ejuſmodi rixæ, & diro ſchiſmati viam ſternunt, & in ingens modernarum hæreſum commodum, ac fomentum cedunt: unde ſibi impensè congratulantur ſectarii, & effuſiùs exultat Spalatenſis Apoſtata, Marcus Antonius, quaſi de ſubacta per ipſoſmet Romanæ Fidei Profeſſores, & ſub jugum miſſa, Petri Cathedra. Cœptam igitur (quam à ratione eſſe videbam) in Apoſtolicæ Majeſtatis vindicias operam, penitùs perſecuturus, Scriptores, qui illam effugerant, hîc initio ſtatim producere ſategi, eorum etiam ſcripta, & potiſſimùm, exterorum, quorum antè ſtrictiùs memineram, adhæc & Sorbonæ ſententias fuſiùs evolvere, priora Conſtantienſis Synodi decreta exactis maximorum Virorum argumentis enucleare, Baſileenſis Conventiculi errores, & lapſus,

alienis ſtylis configere, Tridentinorum Patrum ſenſa, Concilii actis & ſincerioris hiſtoriæ ſymbolis eruere, Sanctionis Pragmaticæ ortum ac interitum in epitomen contrahere, noviſſimam Sorbonæ Cenſuram die Maii decima-octava currentis anni latam diſpungere,his denique diſſertationem annectere propoſito themati cohærentem, de Epiſcopalis Juriſdictionis origine. Ad quam ea cauſa impulit: quòd eſſent, qui quaſi Epiſcoporum dignitatem, & poteſtatem efferrent, incomparabilem Apoſtolicæ Sedis ſublimitatem reapſe deprimebant, negantes omnem Juriſdictionis Facultatem ab ea Epiſcopis eſſe ac definiri. Cavi verò utrobique propriam Minervam exſculpere: ne aut ſtudia ſalubriter deſtinata ſiniſtræ interpretationis perverſitas corrumpat,aut edita credantur,de ſæculi more,ad gratiam aucupandam, vel famam Conciliandam ex ſuſcepto cum magnis adverſariis proprii certamine Martis. Quorum ſummam eruditionem, & virtutem excelſis gradibus conſpicuam ut veneror, ſolicitè refugi ab aſpera in illos invectiva & aculeata confutatione. Aliorum placita exſcribere amavi, non offendere meis. Neque enim Illuſtrium adeq

Anti-

Antiſtitum faſtigium umquam ſanus violabo. Longè aliam mihi mentem indidere, legemque dixere Reverentia, Cultus, Pietas & Religio. Quin vel hoc ipſum eſt ægerrimum, quòd tanti nominis Viris triſtiſſimâ per reliquum orbem umbrâ efficiat emiſſa ſuo omnium nomine iſtorum capitum congeries, deinde & Pariſienſis Theologicæ Facultatis cenſura, quæ non niſi in Monarchicum Catholicæ Eccleſiæ Principatum, infallibile Orthodoxæ veritatis Oraculum, ſacratiſſimam Divinæ Fidei Sedem, fulgentiſſimam Evangelicæ lucis Pharum, ſupremum Chriſtianæ Reipublicæ Tribunal, unam hìc omnis Eccleſiaſticæ juriſdictionis Originem diriguntur. proinde quantæ utilitatis, imò & neceſſitatis ſit, tuitioni ſanctiſſimi & ſummi juris, quod ſuo Vicario contulit Chriſtus, incumbere, hæc tibi, LECTOR, Mantiſſa luculentè probabit, & diſſertatio. Videbis, & fateberis, potentiſſimam Rom. Pontificis Majeſtatem, non humano Imperio, aut mundi viribus evectam ad Cæleſtis venerationis culmen, in eo durare illibatam ac invictam. Accipe interim in anticipium, ex Græcorum Doctoribus, quibus Angelicus divinæ volun-

luntatis interpres Thomas Aquinas, *contra errores Græcorum* uſus, oſtendit, *quòd prædictus Chriſti Vicarius in totam Eccleſiam Chriſti, plenitudinem poteſtatis, & univerſalem prælationem obtineat. Legitur enim in Chalcedonenſi Concilio, quòd tota Synodus clamavit Leoni Papæ. Leo Sanctiſſimus, Apoſtolicus, & Icumeraycos, id eſt, univerſalis Patriarcha per multos annos vivat. Et Chriſoſtomus ſuper Matth. Filius, quæ Patris eſt, & ipſius filii, poteſtatem Petro ubique terrarum conceſſit, & homini mortali omnium quæ in cælo ſunt, dedit authoritatem, dando eidem claves ad hoc, ut Eccleſiam ubique terrarum amplificet. Et ſuper Ioan. in homil. 85. Iacobum localiter in loco terminat: Petrum autem totius Orbis ordinat Magiſtrum & Doctorem. Item ſuper actus Apoſtolorum. Petrus à Filio, ſuper omnes, qui filii ſunt, poteſtatem accepit, non ut Moyſes in gente una, ſed in univerſo Orbe. Hoc etiam trahitur ex authoritate Sacræ Scripturæ. Nam Petro indiſtinctè oves ſuas Chriſtus commiſit dicens Ioan. ultimo. Paſce oves meas. Et Ioan. 10. ut ſit unum ovile & unus Paſtor.*

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS.

Sic ineſſe Apoſtolicæ Sedi, ac Petri Succeſſoribus, Chriſti Vicariis, rerum Spiritualium plenam poteſtatem ſuper univerſam Eccleſiam, ut nulla Conciliorum generalium authoritas ſit illâ ſuperior, ſed inferior, eique penitùs ſubdita, in fidei quoque quæſtionibus, & morum, ſolius Romani Pontificis judicium eſſe irreformabile, utpote abſque ullius Eccleſiæ, vel œcumenicæ Synodi conſenſu prorſus infallibile.

QUàm magnâ ratione ducti, quàm altâ præcipuæ utilitatis conſideratione moti, quantæ demùm neceſſitatis argumento perſuaſi, in eumdem prorſus de aſſerenda, tutandaque Romani Pontificis ſumma ſuper univerſam Eccleſiam, omnemque ejus Synodum autoritate, erroris experte, doctrinæ ſenſum, jam inde à Sæculi præcedentis exordio convenerint Eximii ac inclyti Viri, Theologi ſummi, Lovanienſis Academiæ Profeſſores & Scriptores; ſat longâ ſerie, in priore tractatu recenſiti; vel ex uno, & primo quidem illo, ultimoque Friſonum Epiſcopo, percipi facilè poteſt.

Is eſt Reveren. D. CUNERUS PETRI: qui pauculo poſt annum 1560 tempore, Lovanii ad Divum Petrum Plebanus, & Profeſſor ordinarius, voce ac ſtylo plurimùm profuit: hæreſeſque inſectatus eſt. Poſtmodùm Leovardienſium Antiſtes conſtitutus, quamdiu licuit, nihil prætermiſit, quod boni eſt Paſtoris, opponens ſe murum pro domo Dei. Donec exundante in Deum pariter, ac Regem Mennoniſticæ perduellionis tempeſtate, biennium vinculis conſtrictus, ac expulſus, Coloniam Ubiorum exilium tranſtulit: ubi & ſacras litteras palam interpretari, & populares ſuos Religionis ergò patriâ profugos in Catholicæ Ec-

cleſiæ, Regiſque obedientia ad extremum uſque ſpiritum confirmare & ſtabilire non deſtitit. Invictus iſte fidei Athletes, ſuum de "firmitate Cathedræ Petri tractatum" his verbis auſpicatur. „Ni„ hil magis pro fidei unitate in Eccleſia tuenda eſt neceſſarium, „ quàm ut authoritas, & privilegium Cathedræ Petri, ſeu Se„ dis Apoſtolicæ benè cognita, & perſpecta habeantur, & ag„ noſcantur. *Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt*, ait Cyprianus, „ *aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quod Sacerdoti Dei non obtempera*„ *tur, nec unus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex, vi*„ *ce Chriſti cogitatur.* Unde mirandum ſimul, & dolendum: quòd „ etiam nonnulli Catholici Scriptores tam perplexè & variè de „ firmitate Cathedræ Petri, aliter ſanè, quàm convenit, pro „ honore, & condirione Petri differunt. Nam ſi hìc non „ certa & indubitata habeatur ſententia, vera quoque fidei uni„ tas retineri non poterit, neque Eccleſiæ proſpectum erit, quò„ minùs ejus filii omni vento doctrinæ moveantur. Quare ſe„ poſitis incertis, & dubiis opinionibus, id quod veriſſima habet „ Eccleſiæ traditio, & ſcripturæ manifeſtæ convincunt, liberè „ profitendum eſt".

Eamdem ob cauſam ANDREAS DUVALLIUS Doctor Sorbonicus, & Regius Theologiæ Profeſſor ſeſe in libellos Richerii, & Vivorii, qui Supremam Romani Pontificis in totam Chriſti Eccleſiam, authoritatem ac infallibilitatem, ("quam liquidò conſtat veteres Eccleſiæ Gallicanæ Proceres ſemper agnoviſſe") certatim impe„ tebant, calamum ſtrinxiſſe ſignificat in libri ſui, de ſuprema „ Romani Pontificis in Eccleſiam poteſtate, procemio, ita præfa„ tus". Orta in Academia Pariſienſi de ſupremi Pontificis in Ec„ cleſiam poteſtate controverſia, eos, qui profanam & ſchiſma„ ticam libelli (primi à Richerio editi) doctrinam ferre non „ poterant, graviſſimè exercebat: & alios, qui majori veri„ tatis defendendæ ſtudio ducebantur, altiùs erigebat. Qui i„ deo à partibus S. Sedis Apoſtolicæ viriliter ſtantes, præterea„ que veriti, ne Eccleſia Gallicana à vero Eccleſiæ corpore, aut „ ab ejus ſupremo Capite, horrendo ſchiſmate divelleretur, con„ tra illum libellum decretoria quaſi refutationum acerrimarum „ arma conſtantiſſimè ſumpſerunt. Inter eos autem potiſſimùm cla-

,,claruerunt Gimontius, Durandus, Bellilocus, & Pelletarius:
,, quorum caſtris ego velut Succenturiatus,ultro memet adjuxi;
,, qui nimirum ſcriptis ſuis ſchiſmatica illa dogmata refutarunt,
,,Scholam Pariſienſem à calumniis Authoris vindicarunt, & anti-
,, quos ejuſdem ſcholæ Doctores (de quibus, tamquam ſuæ ſen-
,, tentiæ Patronis gloriabatur) contrarium ſenſiſſe docuerunt,
,, tantumque profecerunt, ut univerſus Theologorum Pariſien-
,, ſium Ordo Libellum hunc cenſurâ jam notaſſet, niſi authoris ar-
,,tibus retardatus, & impeditus fuiſſet".

Sed ut ad Lovanienſis Academiæ Doctorem, Reverendiſſ. Cunerum Petri revertamur, ille pag. 401. & ſeq. hunc in modum proſequitur. "Id enim Eccleſiæ ab initio traditum eſt, majores,
,, & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones ad Summum Pontificem,
,, Petri Succeſſorem referendas eſſe, atque ejus definitioni in-
,, hærendum: quemadmodum in omnibus controverſiis, quæ de
,, fide poſt obitum Apoſtolorum exortæ ſunt, Sanctiſſimi Patres,
,, Martyres, & Confeſſores fecerunt, & hæreſes hac ratione
,, damnatas, etiam ſine Generali Concilio, vitandas populo pro-
,, poſuerunt, & extinxerunt. Valentiniani, Manichæi, No-
,, vatiani, Aërius, Jovinianus, Helvidius, Pelagius, & alii
,, quàm plurimi errorum imitatores, ſolius Sedis Apoſtolicæ au-
,, thoritate damnati ſunt, & eorum dogmata pro hæreſibus à
,, Populo Chriſtiano habita. Unde Beatiſſimus Auguſtinus,
,, quando quæſtiones Pelagii fuerant ad Pontificem relatæ, & e-
,, juſdem ſuper illis edita, & habita eſſet ſententia, docuit, hoc
,, judicium ſufficere. *Iam enim*. inquit, *de hac cauſa duo Concilia miſſa*
,, *ſunt ad Sedem Apoſtolicam. Inde etiam reſcripta venerunt. Cauſa finita*
,, *eſt. Vtinam aliquando finiatur error.* Cum Pelagiani generalem
,, Synodi congregationem poſtularent, ille non opus fuiſſe do-
,, cens, tradit, hoc Sedis Apoſtolicæ judicium, competens &
,, ſufficiens eſſe, ut ubicumque iſti Lupi apparuerint, conteren-
,, di ſint. Proſpexit itaque Dominus Eccleſiæ ſuæ, quando mag-
,, no compendio unum conſtituit, cujus in omnibus ſententiam
,, tutò ſequi poſſumus. Primùm enim B. Petro, quem totius
,, ovilis ſui Paſtorem voluit conſtituere, haud obſcuris verbis
,, hanc ſententiæ firmitatem pollicitus eſt, quando dixit quod in

„ Hebraico Evangelio ad verbum legitur. *Tu es Cephas, & ſuper* „ *hunc Cepham ædificabo Eccleſiam meam &c.* quæ propter firmitatem, „ unde eſſet exciſa, ipſa quoque immobilis, inflexibilis perma- „ neret. Siquidem firmitatem Eccleſiæ, ex petra unde exciditur, „ derivandam ſignificat. Propterea enim contra eam portæ inferi non prævalent, quia edificata eſt ſupra petram". Ad hoc igitur, ut in quæſtionibus fidei firmum ſit, infallibile, ac irreformabile Summi Pontificis judicium, neutiquam eſt neceſſe, ut Eccleſiæ, vel Oecumenicæ Synodi conſenſus accedat. Sed è contra ipſius Eccleſiæ, & cujuſcumque Concilii decreta firmitatem, infallibilitatem, ac omne robur ab uno Petri Succeſſore, Romano Pontifice accipiunt. Ideo namque errores, & inferorum portæ adversùs Eccleſiam non ſunt prævaliturae, quia contra Petri Cathedram, firmiſſimam, ac inconcuſſam, cui innititur Eccleſia, numquam prævalebunt, & non è converſo,

"Altera ejuſdem argumenti ſcriptura manifeſtè, & ſine meta- „ phora hanc prærogativam promittit. Lucæ 22. Dominus ait „ Simoni. *Ego Rogavi pro te, ut non deficiat Fides tua: & tu aliquan-* „ *do converſus confirma fratres tuos.* Hoc Dominus dixit Simoni pro „ tempore, quo poſt glorioſam ſuam reſurrectionem regnum „ ejus eſſet in hoc mundo, virtute paſſionis ejus erigendum. In „ hoc itaque Regno, quod eſt Eccleſia, cum Petrum, ſicut Regni „ natura unum Caput exigit, ſuo loco omnibus præficere vellet, „ eum pro totius regni contra Sathanam, qui inceſſanter regnum „ eſſet oppugnaturus, oratione ſuâ munivit, ne in fide deficeret, „ ut oves, dum facilè Paſtoris ſui, Vicarii Chriſti fidem perſpi- „ cerent & intelligerent, hanc ſequentes, poſſent etiam facillimè „ omnes Sathanæ laqueos evitare. Cum autem perſona Simonis „ non ſemper illic eſſet permanſura, Eccleſia autem, & regnum „ perpetuò ſtaret; non aliter per has pulcherrimas Chriſti pro- „ miſſiones Eccleſiæ conſultum fuit, quàm quæ his promiſſa ſunt „ Petro, etiam ad Succeſſores ejus pertinere intelligerentur &c. „ ſicut poſt reſurrectionem clariſſimis Domini verbis omnium „ ovium, & agnorum Chriſti Rector, & Paſtor conſtitutus eſt, „ quando tam graviter, & ſeriò aliis præſentibus, illi peculia- „ riter, & nullâ perſonarum diſtinctione dictum eſt, *Paſce agnos*

meos

„ meos: *Paſce oves meas.* Ex his, inquam, Eccleſiæ traditum eſt, „ quod Pontifex, agens ut Pontifex (Sicut loquitur Dionyſius de „ Eccleſ. Hierar. & Joannes XXII. Extravag. de verb. ſignif.) & „ ex authoritate Capitis definiens, Chriſti protectione, & aſſi- „ ſtentiâ non errabit. Quomodo conſiderata Pontificis authori- „ tas, Cathedra Petri, & Sedis Apoſtolicæ nuncupatur &c".

„ Pag. 11. Alii imaginantur Pontificem, quando legitimè „ materiam diſcutit, & ordinatè pro rei difficultate procedit, „ adhibitis in conſilium, qui pro Eccleſiæ conſuetudine ſolent „ in his adhiberi, tunc demum non poſſe in definiendo aberrare. „ Quæ ſpeculationes neque cum verbis, & promiſſis Chriſti, „ neque cum obedientia & fide, quæ ſecundùm Eccleſiæ tradi- „ tionem debetur Pontifici, conveniunt. Etenim qui dixit, *Ro- „ gavi pro te, ut non deficiat fides tua,* Quid aliud ſignificare voluit, „ quàm quod fides ejus nunquam deficeret? &c. Neque ſubditó- „ rum eſt, diſcutere, quonam modo ſui Superiores procedant. „ Ad quem modum nulla ovibus Chriſti certitudo relinquitur, „ quid in ſubortis quæſtionibus ſequi debeant: quando etiam „ de generalibus Conciliis humana poſſet temeritas aliquando „ ſuſpicari, aut timere, ne non legitimè, & ſufficienter eſſent „ omnia diſcuſſa. Atque ſemel admiſſâ hac mutabilitate, & datâ „ judicandi licentiâ, neutiquam per firmitatem Petræ proſpectum „ erit Eccleſiæ, ne ſicut parvuli variis doctrinæ ventis circum- „ ferantur &c. De hoc interim Eccleſia ſecura eſt, quod ex ip- „ ſa Cathedra, id eſt, ipſo officio, & authoritate Capitis num- „ quam definitionem erroris audiet. Sic enim velut Chriſti Vi- „ carii, & Generales Eccleſiæ Præpoſiti in cauſa fidei, & mo- „ rum Pontifices definitè, & ut Judices reſolvunt. Quos ad tale „ in fide judicium, juxta Chriſti promiſſiones, numquam Spi- „ ritus Sanctus devenire permittet, niſi rebus ſic expenſis, & con- „ ſideratis, ut error ſubeſſe non poſſit. Hoc enim & natura petræ „ ſic exigit; & fidei, quæ in Eccleſia debet eſſe, unitas & certi- „ tudo poſtulat.

Prædicta in *Theologiæ practicæ compendium per concluſiones* redegit, JOANNES MOLANUS, Apoſtolicus, & Regius librorum Cenſor, Regii Seminarii Præſes. Vir eximius, in Eccleſiaſtica antiqui-

„tate plurimùm verſatus, de Chriſti Eccleſia, quà militante, „quà triumphante optimè meritus, ac ſtrenuus veritatum Ca-„tholicarum defenſor. Cujus proinde "(ait Card. Baronius in „præfatione ad Martyrolog. Rom. cap. 9.)" Nec brevem ſche-„dulam deperire æquanimiter patior. Cui, dicam ingenuè, iſthæc „omnia, hac ex parte, accepta fero, quòd in denſiſſimam ſylvam „primus ipſe ingreſſus, mihi aliiſque aditum patefecit. Quo „etiam nomine, cum ego, tum eruditi omnes, plurimùm nos de-„bere, lubenter agnoſcimus, & confitemur". Hic in præfati ſui compendii tractatu 5. cap. 29. de ſummo Pontifice, priores conclusiones duas ſtatuit hujuſmodi. "Chriſtus Eccleſiæ militanti „viſibilem ſui præſentiam ſubtracturus, ut omni ſchiſmatis occa-„ſione ſublatâ, unitati Fidei, concordiæque conſuleret, ad or-„dinatiſſimæ Reipublicæ exemplar, unum eidem Eccleſiæ Ca-„put, hoc eſt, ſupremum Paſtorem, & Rectorem conſtituit, „videlicet, Beatiſſimum Petrum. Cui futuro ſibi in terris Vi-„cario omnes omnino oves ſuas commendavit, ac paſcendas tra-„didit, ac cæteros quoſque Apoſtolos, ſubjectos eſſe voluit. „Undè meritò à Patribus, Apoſtolorum Os, Vertex Princeps, & „in Apoſtolica dignitate primus vocatur. Hanc autem Præfe-„cturam Dominus voluit, non eſſe temporalem, ſed in Eccle-„ſia ſic perpetuò durantem, ut quicumque Petro in Cathedra „Succeſſor legitimus eſſet, in eandem quoque poteſtatem dig-„nitatemque ſuccederet. Chriſtus Dominus ſingularem ejus „curam habuit, cui tantam oratione ſuâ firmitatem impetravit, „ut à fide nunquam deficeret, ſed in ipſo omnium fortitudo mu-„niretur, & firmitas vacillantibus conferretur. Ad officium igi-„tur Paſtoris hujus pertinet, exortas de rebus fidei controver-„ſias ſuâ authoritate finire & determinare, fratres in fide Ca-„tholica, & pietate confirmare, omniaque, quæ ad Religionis „conſervationem ſpectant, ſedulò procurare. Cathedræ verò hu-„jus definitionem ſequi in omnibus, quæ fidem, ac pietatem „concernunt, omnium ſubditorum eſt.

Paulò latiùs hæc diffundit Reverendiſſimus Dominus HENRICUS CUYCKIUS Lovanii in florentiſſimo Pedagogio Lilii, Magiſtros artium inter, primus, è publica Ethices profeſſione ad

Theo-

Theologicam Facultatem tranſlatus, & veluti in ipſa S. P. Auguſtini ſchola verſatus, generalis per diſtrictum Lovanienſem Illuſtriſſimi Domini Mechlinienſis Archi-Epiſcopi Vicarius, deinde & Officialis, poſt ad D. Petri Decanus, demum Epiſcopali Ruremundenſis Eccleſiæ Sedi, quæ totum octennium vacaverat, impoſitus. Eo in munere, omne ipſi ſtudium erat, Religioni Orthodoxæ propugnandæ, ac propagandæ incumbere, ingenti ac indefeſſo zelo Catholicos in avita, veraque fide firmare, Hæreticos verbis, ac ſcriptis ad eamdem revocare: ut ipſum etiam Naſſaviæ Comitem, Mauritium, ad ovile Chriſti reducere aggreſſus ſit. In prima ſua Panegyri de vera Chriſti Eccleſia. pag. 10. 11. & 12. ita diſcurrit. "Apoſtolicæ Eccleſiæ nomine à Cathedra Principis Apoſtolorum, exegeticè Romanam intelligi Eccleſiam, „ dicimus, in qua fundandi, condendique in gentibus Eccleſias „ relicta eſt poteſtas. Non enim Romanam dicimus, tamquam „ illi urbi affixam, aut illius Eccleſiæ finibus comprehenſam, & „ concluſam Eccleſiam, ſed à Capite, à Cathedra, & ſuprema „ poteſtate quæ uſpiam omnino figenda erat; ut Capite con„ ſtituto, ſchiſmatis tolleretur occaſio. Quod niſi fieret, non po„ terat Eccleſiaſtici corporis compages, indiſſolubilis, in tanta „ totius Orbis Epiſcoporum, aliorumque omnis ordinis homi„ num frequentia, & emergentibus tam multis controverſiarum „ difficultatibus conſervari. Una igitur Cathedra eſſe debuit, quæ „ aliarum omnium directrix eſſet: ad quam, ſicut Divus Cy„ prianus loquitur, perfidia non poteſt habere acceſſum. (pag. 25) „ In una illa, & ſola Petri Cathedra Romana, fidei firmitas in„ venitur: à qua & illa Romana Eccleſia, in qua Epiſcopus, in„ ſcribitur Pontifex ſupremus, Matrix Eccleſia dicitur: ubi ca„ ſtiſſima ſemper doctrina eſt, nullâ erroris labe reſperſa, quæ „ credendi, vivendique leges Eccleſiis omnibus præſcribit, ad „ quam omnis ſuſpecta referenda eſt doctrina, ut hæreſes ipſa „ damnet & hæreſiarchas, ut recipiat revertentes, ut ſit in ea ſu„ premum Eccleſiæ tribunal, ut ſola illa de Epiſcopis dijudicet, „ ut ſui ordinis gradu illos dejiciat, ac dejectos iterum reſtituat. „ (pag. 29) Idcirco Sabellianam hæreſim, cum primùm ea exſur„ geret, Dioniſius Alexandrinus ad Sixtum Rom. Pontificem

defe-

„ deferendam putavit. Utpote cujus ſit in hæreſes & hæreticos
„ inquirere, & in putentes maximè & carioſos Hæreſiarchas, il-
„ los damnare, & proſcribere, errantes ac reſipiſcentes ad exo-
„ mologeſin admittere. Nam Valentinus, Cerdon, Marcion, & alii
„ Hæreticorum duces, verè aut fictè, palinodiam recantaturi, non
„ apud aliam, quàm Romanam Sedem, neque apud alium, quàm
„ Romanum Epiſcopum id ſibi faciendum putaverunt; quòd
„ perpetuum hunc Univerſæ Eccleſiæ uſum fuiſſe agnoſcerent,
„ ut ſoli illi â reliquis Ghriſtiani orbis Eccleſiis reciperentur,
„ qui cum Romana communicarent Eccleſia, rejicerentur verò,
„ qui ab ejus communione eſſent alieni, cujus ſit, ſemperque fue-
„ rit, vel probare fidem, vel perfidiam condemnare. Nec verò
„ Hæreſiarchas tantùm, ſed Epiſcopos quoque Catholicos, Pa-
„ triarchas, & Primates ſola illa judicat Cathedra, in qua eſt ſupre-
„ mum Eccleſiæ tribunal, ad quod graviſſima quæque à remotiſ-
„ ſimis etiam orbis partibus deferri conſueverunt; quemadmo-
„ dum D. Athan. teſte in cauſa Dionyſii Alexandrini, factum
„ diffinitumque fuit, &c. Et Leo Pontifex Vicario ſuo man-
„ davit, ut refractarios Epiſcopos è ſuis ſedibus exturbaret. Et
„ magnus Gregorius Ravennatem, Salomitanum, & alios Epiſ-
„ copos Epiſcopalis honoris faſtigio dejecit. Nicolaus I. Pon-
„ tifex longam Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum texuit, ſe-
„ riem, qui Romanæ Sedis authoritate è ſuis ſedibus pulſi fuerunt:
„ inter quos fuit Antimus ille ab Agapeto depoſitus, quem etſi
„ Imperatores magno niſu reſtituere conarentur, numquam ta-
„ men hoc vel ab Agapeto, vel à Succeſſoribus Pontificibus,
„ Romanis obtinere potuerunt. Qui verò reſtituti fuerunt, cum
„ eſſent dejecti, non aliunde, quàm ab hac Cathedra repoſiti
„ ſunt. Reſtitutum legimus Baſilidem à Stephano Pontifice,
„ D. Cypriano procurante, reſtitutus Athanaſius Alexandri-
„ nus Epiſcopus, & Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus;
„ quod tripartita refert Hiſtoria. E quibus omnibus Sancta Sedis
„ hujus Romanæ divinis comprobata teſtimoniis relucet autho-
„ ritas: ut fide omnino tenendum ſit, primam ac ſummam eſſe, &
„ eſſe irrefragabilem illam, quâ prædita eſt, poteſtatem &c.
„ pag. 45. In hac ergo Catholica Romana Eccleſia, ſi Tertullia-
num

,, num audimus, doctrina omnis eſt exploranda, & ea tantùm
,, retinenda, quæ cum Matrice Eccleſia illa conſpirat, reliquam
,, omnem, qualis qualis ea ſit, de mendacio præjudicandam eſſe".
Panegyricum iſtum parænetica orationis diſcurſum in formam
Catecheticæ inſtitutionis dirigendum duxit" memorato Ruremundenſium
Epiſcopo Cuyckio Syngronus JACOBUS Du BAY patrui ſui, Michaëlis Baii, exemplis ad ſummos in
Theologia, & Sacra Facultate gradus evectus, Profeſſor Regius,
& Collegiatæ Eccleſi æ ad D. Petri Decanus. Inclytus hic Doctor lib. 2. de inſtit. Relig. Chriſtianæ cap. CXVII. ſic exorditur.
"Quemadmodum ad conſervationem unitatis, concor-
" diæ, ac diſciplinæ neceſſarium eſt, unum Epiſcopum Parochis,
" Metropolitanum Epiſcopis, Primatem Archi-Epiſcopis, &
" unum Patriarcham omnibus ſui diſtrictûs Primatibus; ita unum
" Summum Pontificem Patriarchis aliis omnibus præeſſe opor-
" tet, cujus authoritate unitas fidei, Sacramentorum, legumque
" Chriſtianarum retineri poſſit, penes quem plenitudo poteſta-
" tis ſit, ad novos Epiſcopatus erigendos, vel ex Epiſcopis face-
" re Archi-Epiſcopos, Primates, Patriarchas, atque ex juſta cau-
" ſa eoſdem gradu deponere, vel ad ſe evocare: à quo tamquam
" Summo Judice viſibili, omnes de fide, ac religione quæſtiones
" exortæ componi, Principes Eccleſiæ ad Concilium evocari,
" inferioreſque Eccleſiæ præfecti, ac Chriſtiani univerſi, ad
" ſuum munus exequendum cogi poſſint. Nam alióqui ſchiſ-
" matum ſemina, partium in religione ſtudia, hæreſes, & diſ-
" cordiæ in Eccleſia perpetuæ erunt, quas pacis & unitatis Au-
" thor à ſuo Regno exulare voluit. Ideoque Dei ſapientia an-
" te ſuum in cælum aſcenſum, Petrum univerſo gregi ſuo præfe-
" cit dicens. *Paſce oves meas: Paſce agnos meos*; ut capite conſti-
" tuto ſchiſmatis occaſio tolleretur. Neque ideo Chriſtus, Sum-
" mus Paſtor Eccleſiæ deſiit eſſe, quia in terra Vicarium reliquit:
" nam ſpiritualiter, inviſibiliter, atque principaliter Chriſtus
" regit eoſdem, quos externo miniſterio curat, & moderatur Pe-
" trus &c. Hinc Chriſtus, quam Reipublicæ Chriſtianæ guber-
" nandæ formam initio elegit, eandem uſque ad mundi conſum-
" mationem permanere voluit: quod apertè ſcriptura continet,
" dicens, Chriſtum Petro *Matt.* 16. promiſiſſe claves regni cælo-

" rum, quòdque ſuper ipſum Eccleſiam ſuam fundaret, meta-
" phorâ clavium, & fundamenti ſignificans, totius Eccleſiæ
" Principatum. Nam quod in ædificio fundamentum eſt, id in
" corpore caput eſt, in civitate Rector, in regno Rex, in domo
" paterfamilias. Et cui traduntur claves domus, vel oppidi, talis
" paterfamilias, Rex aut gubernator inſtituitur, ut quos vult,
" admittat, & rejiciat. Similiter eminentiæ poteſtatis B. Petri
" non repugnat, quòd *Auguſt. tract.* 50. & ult. *in Ioan.* & alibi
" ſcribat, B. Petrum quando claves accepit, Eccleſiam ſignifi-
" caſſe: nam ea phraſi nihil aliud intendit *Auguſt.* quàm B. Pe-
" trum verè in ſua perſona claves accepiſſe: proinde hiſtoricè,
" non autem parabolicè tantùm, Eccleſiæ figuram geſſiſſe, ſicut
" duo Abrahæ filii Apoſtolo teſte, duo teſtamenta figurarunt.
" Quod luculenter exponit *Aug.* in *Pſal.* 108. dicens: Petrum ita
" Eccleſiæ figuram geſſiſſe, ſicut Judas figura ingratorum Judæo-
" rum fuit, quando Chriſtum prodidit. Petrus igitur claves, id
" eſt ſupremam regiminis Eccleſiæ poteſtatem in Eccleſiæ perſo-
" na dicitur accepiſſe, quoniam tamquam Caput, Princeps, &
" ſupremus Eccleſiæ ordinarius Paſtor, non ad privatam ſed ad
" communem totius Eccleſiæ utilitatem accepit. Sicut regno dari
" cenſetur, quod Regi ad totius regni bonum confertur: ut Au-
" guſtinus docet. ſerm. 25. de verbis Domini: & tractatus 50.
" in Joannem.

Deinde explanans totas 33. Petri prærogativas, recen-
" ſet IX. Quòd ipſius Cathedræ perpetua ſtabilitas promiſſa ſit.
" *Portæ inferi non prævalebunt adversùs eam.* Quibus verbis non ſo-
" lùm Eccleſiæ, ſed etiam Petræ, ſuper quam fundatur Eccle-
" ſia, firmitas dicitur. Quâlem promiſſionem quia reliqui Apo-
" ſtoli non habuerunt, ſedes eorum, ac ſucceſſio defecerunt.
" Et XII. Soli Petro dictum eſt. *Oravi pro te, ut non deficiat fides tua.*
" Item. *Confirma fratres tuos*, Quibus verbis Dominus ſignificavit
" Petrum fore caput, & Principem fratrum. Aliorum enim ſta-
" tus eſt certior futurus, ſi mens Principis victa non fuerit.
" Leo Serm. 3. de univerſ. ſuæ Aſſumptionis. Theophilactus
" in Lucam. Et XX. Quòd tamquàm Summus Eccleſiæ, loco
" Chriſti, judex hypocriſim Ananiæ, & Saphyræ detexit, &

morte

„ morte punivit. Et XXIV. Quòd quæſtiònem de legalibus in-
„ ſtitutis, velut ſupremus in Eccleſia Judex diſſolvit, excitatam-
„ que contentionem terminat. Jacobus, & alii ſequuntur, ut ob-
„ ſervat Hieronymus Epiſt. 11. Quòd Concilii decreta confir-
„ mat, & promulgat. Et XXXII. Quòd celebretur Feſtum in-
„ ſtitutionis Epiſcopatus Petri, ſub nomine Cathedræ Petri, ex
„ qua tota Eccleſia docetur, in fide confirmatur, adversùs quam
„ neque infidelium vis, neque Paganorum ſævitia, neque hære-
„ ticorum, aut ſchiſmaticorum perfidia, rebellio, neque infe-
„ rorum portæ unquam prævaluerunt, aut prævalebunt. Hanc
„ Cathedram univerſæ hæreſes oppugnarunt, ſed per eamdem
„ contritæ ſunt, damnatæ, oppreſſæ, ſepultæ. Manet equidem
„ diſpoſitio veritatis; & B. Petrus in accepta fortitudine Petræ
„ perſeverans, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit. In
„ ſucceſſoribus enim vivit, & in propria Sede præſidet, fideique
„ veritatem quærentibus præſtat &c.

„ Cùm itaque Romanus Pontifex, Chriſti Vicarius, Petri-
„ que Succeſſor ſummum in Eccleſia dignitatis gradum, ampliſſi-
„ mamque in omnes cujuſcumque gradus, & conditionis fideles
„ habeat juriſdictionem, non à Synodicis, aut humanis con-
„ ſtitutionibus, ſed à Chriſto immediatè acceptam; conſequitur
„ non ſolùm Imperatores, Reges, Epiſcopos, & Patriarchas
„ ſingulos, ſed etiam univerſos in Concilio generali congrega-
„ tos, eidem tamquam univerſalis Eccleſiæ Paſtori ſubeſſe, at-
„ que ipſum Concilii acta, decreta & definitiones poſſe irritare,
„ confirmare: ut Concilium Chalcedonenſe in Epiſtola ad Leo-
„ nem confitetur". Luculenta hæc veritatis Theoremata eluci-
dans Henricus Rampen Lovanii in pædagogio Lilii
primùm linguæ Græcæ, poſtmodum celebris ſacrarum littera-
rum per decennium Profeſſor & Doctor, tom. 2. in quatuor
Evangelia, lib. 5. cap. 6. textum Matthæi cap. 16. v. 18. & 19.
tali commentario exponit pag. 52. *Portæ inferi non prævalebunt*
„ *adversùs eam*, Utique ædificandam à me ſuper te, ſecundùm
„ quòd Petra es, vel futurus es. Quibus verbis ſignificatur, quòd
„ Eccleſia Chriſti accipiet eam firmitatem ex ædificatione ſui per

 Chri-

„ Chriſtum ſuper Simonem, ſecundùm quòd Petra: ut manſura
„ ſit invicta adversùs omnem diaboli potentiam,& conatum,Chri-
„ ſtoque conſtantiſſimè ſemper ſit adhæſura, nimirum Petro per
„ poteſtatem ſupremam & infallibilem, quâ ſupremum in terris
„ viſibile Caput, & Paſtor Eccleſiæ futurus erat, eam firmitatem
„ diffundente,ut nulla diaboli potentiâ,& conatu vinci queat:ſive
„ quod idem eſt à Chriſto ſeparari, & ſubjici portis inferi. Et pag.
„ 53. ad verſ. 19. Itaque dicendo, *tibi dabo claves Regni Cælorum*,
„ promiſit Simoni Petro Jeſus ſupremam poteſtatem, & autho-
„ ritatem ſupra Eccleſiam ſuam. Quod ipſum advertit Chryſo-
„ ſtomus homilia 55.In Matt. Ubi hanc promiſſionem exponens
„ dicit, Petro commiſſum univerſum orbem terrarum, & ipſum
„ factum Paſtorem, & Caput totius Eccleſiæ. Gregorius etiam
„ lib. 4. Epiſt. 22. cùm dixiſſet, cunctis Evangelium ſcientibus
„ liquet, quòd voce Dominicâ, Sancto & omnium Apoſtolorum
„ Principi Petro, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt; ſubdit. Ipſi
„ quippe dicitur, *Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccle-*
„ *ſiam meam: Et tibi dabo claves Regni Cælorum &c.* Poteſtas illa ſu-
„ prema ex verbis prioris Metaphoræ ſatis intelligitur futura in-
„ fallibilis in actionibus concernentibus ipſum Eccleſiæ corpus
„ &c.Ita ut inter cætera promittatur hìc Petro poteſtas definiendi
„ controverſias, atque declarandi articulos fidei, & ſenſum re-
„ rum, & verborum Chriſti: ſic ut hac promiſſione ad effectum
„ deductâ, Petrus non ſolùm ſit in ſe infallibilis, ſeu infallibi-
„ lis fidei norma; ſed inſuper ſit judex & diffinitor con-
„ troverſiarum, & opinionum: dicente Epiphanio, in An-
„ chorano: *Iuxta omnem modum in Petro firmata eſt fides, qui ac-*
„ *cepit claves Cælorum: In hac enim omnes quæſtiones & ſubtilitates*
„ *fidei inveniuntur.* (Et pag. 58.) Quia autem Petrus in perſona
„ ſua certò moriturus erat, ideò rectè intelligitur, id, quod in
„ perſona Petri non potuit adimpleri,adimplendum eſſe in perſo-
„ nis legitimorum ſucceſſorum ejus: ſic,quòd Petrus in ſuis Suc-
„ ceſſoribus,Petra Eccleſiæ etiam cenſeatur,ſuper quam Jeſus ædi-
„ ficet, & ſemper ſit ædificaturus Eccleſiam ſuam: & ſimiliter
„ quòd in ſuis Succeſſoribus claves Eccleſiæ ſemper habere cen-
„ ſeatur. Itaque prædicta ratio Petræ, & claves regni cælorum
intel-

„ intelligendæ ſunt ad Succeſſores Petri tranſire : ſic tamen, ut
„ adhuc ſuo modo Petri eſſe cenſendæ ſint hoc ipſo, quòd ſucceſ-
„ ſoribus dentur ob meritum Petri, & in vim promiſſionis Petro
„ factæ.

Item tom. 3. l. 6. cap. 7. commentans Lucæ cap. 24. pag. 217. inquit. * Quòd Chriſti Oratio, *Ego pro te rogavi, ut non deficiat fi-*
„ *des tua*, non tantùm concernat Petrum, ut futurum Caput Ec-
„ cleſiæ, & ejuſdem Petri fidem, ſed etiam concernat Succeſſo-
„ res ejus in Paſtoratu, & fide eorumdem, maniſeſtè docent
„ SS. PP. Hinc teſte Barradio, Lucius Summus Pontifex anti-
„ quiſſimus, in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, & Hiſpaniæ, tom. 1.
„ Conciliorum ait. *Dominus fidem Beati Petri non defecturam promi-*
„ *ſit, & confirmare eum fratres admonuit. Quod Apoſtolicos Pontifices*
„ *feciſſe ſemper, cunctis eſt cognitum &c.* Quibus omnibus attentis,
„ & aliis quæ ſolent adduci ab iis, qui tractant controverſias:
„ attento etiam communi ſenſu totius Eccleſiæ ab initio uſque
„ modo (exceptis ab uno circiter atque altero ſæculo quibuſ-
„ dam) exiſtimo, ita certum eſſe, quòd prædicta indefectibi-
„ litas fidei, etiam ad confirmandam totam, univerſim, & copu-
„ latim Eccleſiam, immediatè concernat Petrum & ejus ſucceſ-
„ ſores, ſive in Concilio generali præſidentes, ſive ſeorſim ex-
„ iſtentes: & eis mediantibus, ac eorum ratione concernat e-
„ tiam univerſalem Eccleſiam, & particularem Romanam, qui-
„ bus ipſi præſident: Ut ſit ſufficiens materia quæ declaretur ar-
„ ticulus fidei. Lib. denique ſeptimo ad cap. 21. Joan. fol. 527
„ ſubdit. Ex dictis ſequitur dictam poteſtatem datam eſſe Petro,
„ non merè ut figuram gerenti totius Eccleſiæ, aut miniſtrorum
„ ejus, quaſi poteſtas illa data ſit immediatè toti Eccleſiæ, aut
„ miniſtris ejus, repreſentatis in Petro, tanquam in figura, ſive
„ in Legato, aut Commiſſario; non autem data ſit ipſi Petro
„ in propria perſona, niſi quatenus ipſe, unà cum reliquis, in
„ ſeipſo figurabatur; ſed ſequitur, datam eſſe Petro immediatè
„ in ſua perſona ſingulari. Hoc enim apertè demonſtrat deſig-
„ natio facta verbis iſtis, *Simon Ioannis*. Item, idipſum de-
„ monſtrat, quòd his verbis adimpleatur promiſſio facta *Mat.* 16.
„ *Tu es Petrus &c.* Ubi ſit promiſſio Petro in ſua ſingulari perſo-
„ na. Et quia fit ibi promiſſio ædificandæ Eccleſiæ, & quidem

„ indefectibilis ſuper Petra, ſequitur poteſtatem ibi Petro promiſ-
„ ſam, ita dandam ſingulari perſonæ Petri, quæ erat perſona de-
„ fectibilis, ut ea poteſtas eſſet derivanda in ejus ſucceſſores.

Hunc exinde ſenſum reliquis in hanc uſque ætatem Lovanienſium Theologis, tam Doctoribus, quàm Baccalaureis eſſe communem, & ratum, liquidò probant variæ variorum annorum theſes in ſcholis publicis ſub præſidio Ex. Ex. DD. MM. NN. Joannis Schinkelii, Guilielmi ab Angelis, Gerardi van Werm, Pontani, aliorumque, palàm propugnatæ. Ut una, in ordine tertia, 12 Julii 1642. quæ ita habet. "Pontificem Generali Concilio ſuperio-
„ rem, & rectè affirmaveris, & eidem infallibilem Spiritus S.
„ aſſiſtentiam rectè conceſſeris. Et altera, pariter tertia, 28 Mar-
„ tii 1643. Is quippe habet infallibilem aſſiſtentiam Spiritus S.
„ Ac proinde quotieſcumque aliquid in re dubia ad fidei doctri-
„ nam, & integritatem ſpectante, unà cum Concilio generali,
„ imò etiam extra illud, quandocumque ex Cathedra definit tam-
„ quam univerſæ Eccleſiæ credendum, nullo caſu errare poteſt.
„ Et hæc ſecunda, 4 Maii 1645. Solus quoque Romanus Pon-
„ tifex, (non Scriptura Sacra, ut hæretici clamant) eſt ſupremus
„ judex in controverſiis fidei, & morum decidendis: cujus judi-
„ cium, tam ſine, quàm cum Concilio generali (quo abſolutè
„ ſuperior eſt) infallibile eſt, & certiſſimum. Et illa, prima, 8
„ Jan. 1647. Petrus petra & fundamentum Eccleſiæ adeò fir-
„ mum, atque immobile, ut numquam ejus fides defecerit, uti
„ nec alicujus Romani Pontificis legitimi ſucceſſoris ejus: cujus
„ & in rebus fidei determinandis judicium prorsùs certum eſt, &
„ infallibile. Et iſta, ſecunda, 10 Junii 1648. Solus Romanus
„ Pontifex Eccleſiæ Caput, in controverſiis fidei, & morum
„ decidendis ſupremus eſt judex: Cujus judicium tam ſine, quàm
„ cum Concilio (quo abſolutè ſuperior eſt) infallibile, & cer-
„ tum eſt. Et alia, iterum tertia, 3 Julii ejuſd. anni. Pontificis
„ judicium aliquid definientis, quod doctrinam fidei, aut mores
„ univerſalis Eccleſiæ concernit, cum generali Concilio, eſt
„ omnino infallibile. Eſtque id de fide. Eſt quoque utcumque
„ certum Pontificem ſolum, cùm totam Eccleſiam docet ex Ca-
the-

„ thedra, in iis, quæ ad fidem pertinent, errare non poſſe.

Plures ſimiles, quæ in promptu ſunt, periochas accumulaſſe ſupervacuaneum ſit. Cùm per tot eximiorum virorum, quæ hìc quaſi in ſupplementum prioris tractatus exſcripta ſunt, loca, ſatis ſuperque teſtatum relinquatur, id in Lovanienſi Theologiæ Athenæo velut pro traditione, ac indubitata regula haberi, quod dudum ante præſtruxerat Doctor Angelicus. opuſ. contra errores Græcorum verſus finem his verbis. *Oſtenditur, quòd ad Romanum Pontificem pertinet, quæ fidei ſunt determinare. Dicit enim Cyrillus (Patriarcha Alexandrinus) in libro Theſauror. Vt membra maneamus in Capite noſtro, Apoſtolico throno Romanorum Pontificum: à quo noſtrum eſt, quærere, quid credere, & quid tenere debemus. Item Maximus in Epiſtola Orientalibus directa dicit. Omnes fines Orbis, qui Dominum ſincerè receperunt, & ubique terrarum Catholici veram fidem confitentes in Eccleſiam Romanorum, tanquam in ſolem reſpiciunt; & ex ipſa lumen Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei recipiunt.* Id quod 22. q. x. art. x. tali argumento confirmat. *Et huius ratio eſt. Quia una fides debet eſſe totius Eccleſiæ: quod ſervari non poſſet, niſi quæſtio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt: ut ſic ejus ſententia à tota Eccleſia firmiter teneatur. Et ideo ad ſolam authoritatem Summi Pontificis pertinet nova editio ſymboli, ad cujus* (ut ibid. præmittit) *authoritatem pertinet finaliter determinare ea, quæ ſunt fidei, ut ab omnibus inconcuſsâ fide teneantur.* Adeoque ad hoc, ut ea, quæ ſunt credenda ab univerſa Eccleſia, inconcuſſâ fide teneantur, ſola ſufficit Summi Pontificis finalis determinatio, & judicium: nec ullatenus requiritur, ut irreformabile illud ſit, ac irretractabile, Eccleſiæ conſenſus, nec alicujus Synodi, nequidem Oecumenicæ approbatio.

Siquidem promiſſiones de inſuperabili Petræ firmitate, de fidei indefectibilitate, de judicii infallibilitate, non aliis Apoſtolis, nec Apoſtolorum collegio, ſed uni & ſoli Petro à Chriſto Domino factæ ſunt. Eſtque ab omni prorſus ratione alienum, dicere. Quòd ſol, qui diei præſidet, radiorum ſuorum lucem, vim, ac virtutem, quam in hæc inferiora diffundit, ab ipſo terrarum Orbe accipere debeat, eam alioquin fore inutilem, ac ineptam. Quòd fundamenti, cui tota fabrica innititur, ſtabilitas, robur, ac ſuſtentamen ab ipſâ ædificii mole dependeat. Quòd neceſſum ſit.

ſit, in ſupremum univerſæ Eccleſiæ Caput, ſummum quorumcumque Conciliorum Præſidem, cujus eſt, Concilium cogere, dirigere, acta ac decreta confirmare, alioquin erroribus obnoxia, omnes omnino in fide confirmare fratres, motas de fide controverſias decidere, credenda finaliter definire, ſuoſque in fide ſolidare fratres, ſeu Epiſcopos, ab ipſius Concilii, Eccleſiævè conſenſu immobilis authoritatis, ac infallibilitatis beneficium derivari, quo irrefragabile ipſius fiat, ac irreformabile judicium. Quòd Paſtori, cui totius ovilis cura divinâ ordinatione eſt demandata, ovium, gregiſque annutus ſit expectandus, ut ſalutiferum ſanioris doctrinæ pabulum ſine errore, erroriſve periculo, ei proponat. Iſta autem adeo apertè cum Chriſti Domini inſtitutione pugnant, ut immortalis nominis Doctor & Profeſſor Regius, FRANCISCUS SYLVIUS, excellentiſſimus Sancti Thomæ Aquinatis interpres, Angelicæ doctrinæ cultor, ſui ævi Phenix, fideique Orthodoxæ, & Sedis Apoſtolicæ vindex, cui Duacenſis Academia magnam ſuæ gloriæ partem debet, meritòque hoc chronographicum inſcripſit an. 1630. *Silva innixa Thoma fundat ovile Petri*; libro 4. de præcipuis fidei noſtræ controverſiis q. 2. art. 8. aſſerere non dubitarit." Reſponſio fide certa eſt. „Romani Pontificis judicium in rebus fidei determinandis, eſſe „infallibile. Ita ut, quando ex Cathedra definit, ſive quando ut „Pontifex proponit Eccleſiæ quippiam fide credendum, nullo „caſu poſſe errare, ſive cum Generali Concilio definiat, ſive ſine illo". Nec unum ipſum, ſed & reliquos ejus Collegas, Duaceni Lycæi Magiſtos pariter ſentire, & docere, palàm facit libellus ſupplex Gallico idiomatè per Rectorem, & Concilium iſtius Academiæ exaratus, ac nuper admodùm Regi Chriſtianiſſimo oblatus, cujus tenor latinus eſt hujuſmodi. " Octo circiter menſes ſunt, „quod zelus, quo erga Veſtræ Majeſtatis ſervitium ferimur, com„pulerit nos ad reverenter, omnique reſpectu poſſibili ipſi ex„ponendam ingentem averſionem, quâ ſui omnes fideles ſubditi, „viventes in hac patria ſuæ coronæ reunita deteſtantur doctri„nam in Cleri Gallicani declaratione ſuper poteſtate Eccleſiaſti„ca contentam. Eam affirmant, in his partibus prorſus inauditam. „Ubi non ſecùs, ac errores ſemper fuerunt perſtrictæ opiniones

illæ

" illæ, quæ abſolutum ſummi Pontificis Primatum ac infallibili-
" tatem convellunt: Quam tantâ huc uſque veneratione ſuſpexe-
" runt,ut ſchiſmaticis ſeſe annumerandos credidiſſent,ſi de ſupre-
" mâ inſtituti à Jeſu Chriſto Vicarii authoritate ad definiendum,
" quæ ſana ac vera,quæ falſa ſit & mala doctrina. Nec vident,quo
" pacto deinceps ſine iſtius ſuæ ſententiæ ſubſidio Janſeniſta-
" rum, eis ingerentium, quòd Janſenii dogmata non per generale
" aliquod Concilium, ſed per ſolos Papas fallibiles, erroribuſque
" obnoxios fuerint condemnata, inſultibus reſiſtere valebunt.
" Et quamvis ad quietandos eorum animos, videatur Cleri Galli-
" cani, quem perſonæ eruditione ac virtute adeò illuſtres con-
" ſtituunt, authoritatem debere ſufficere: attamen reponunt, ob-
" ſtringi ſe ad nihil minus deferendum contrariæ; quam plurium
" Epiſcoporum, Prælatorum, Doctorum, infinitoque prope-
" modùm celeberrimorum per omnem Europam Scriptorum nu-
" mero, qui oppoſitam dicti Cleri declarationi doctrinam tradi-
" derunt, imò aliqua ejus puncta erroribus deputant. Et uti diffi-
" cillimum eſt, opinionem, cui quis tamquam doctrinæ indubi-
" tatæ innutritus eſt, mutare. Evidens præterea,ac extra contro-
" verſiam,neminem unum poſſe contra propriam agere conſcien-
" tiam niſi peccando, eapropter omni ſolicitudine inquiſivimus,
" quod objectionibus à magna hominum, cujuſque conditionis,
" multitudine undique congeſtis ſatisfacere liceat. Eam ob cau-
" ſam doctiores Europæ Authores, qui ingentibus voluminibus
" ſuam poſteritati doctrinam conſignarunt, perſcrutati ſumus, ut
" medium quodpiam ad pacandas, tam noſtras, quàm aliorum
" conſcientias aſſequeremur: ſed hactenus deprehendimus nul-
" lum &c. Et quod plus eſt. Nullam omiſimus curam, & ſtu-
" dium,ad inveniendum modum docendi,ac ſuſtinendi præfatam
" declarationem. Conſuluimus Sapientiores tam Regularium,
" quàm Secularium Theologos, & necdum unam aliquam ſoli-
" dam comperire potuimus rationem, ad eam formandam con-
" ſcientiam, quæ dictet, fas nobis eſſe, ac licitum, prædictas do-
" cere propoſitiones, & quas omnes approbare, noſtra neutiquam
" permittit conſcientia &c. Unde omni, quâ poſſumus ſubmiſ-
" ſione Majeſtati veſtræ ſupplicamus, ut nos excuſatos habeat à

" tradenda, ac ſuſtinenda doctrina directè adverſa illi, quæ in hac " ſemper patria fuit recepta, & tradita in hac Academia: quæ " ruinæ periculo exponitur, ſi in omnem in poſtrema congrega-" tione declaratam à Clero Gallicano ſententiam ire cogatur: " cum major ejus pars malle videatur, Scholas deſerere, quin imò " & omni promotioni renunciare ac dignitati, quàm illis ſeſe " ſubmittere opinionibus, quæ cum ſuis conſcientiis pugnant. " Et monſtrat experientia, jam inde ex quo veſtræ Majeſtatis " edictum in acta Academia relatum fuit, neminem unum ad ul-" lum in Theologica Facultate gradum conſcendiſſe, eos verò, " qui eum in finem huc ſe contulerant, receſſiſſe &c". Tali laudabiliſſimæ modeſtiæ ſtylo animorum ſuorum ſenſa exprimentes Duaceni, Regiique edicti executionem deprecantes negarunt liberum ſibi eſſe (ſi conſcientias ſuas ſalvas velint) à trito agnitæ ac ſtabilitæ veritatis tramite vel latum unguem deflectere, accepta à Majoribus per longiſſimam continuæ ſucceſſionis ſeriem dogmata de ſuprema ſummi Pontificis in univerſam Eccleſiam authoritate, judiciique ſui in rebus fidei indubitabili infallibilitate, abjicere, & contraria Cleri Gallicani commenta amplecti. Cumque ne vel ſic proficerent, ſuſtinuerunt equidem conſtantiam ſuam, & Scholarum occluſione, & nonnullorum exilio mulctari.

Ubi & illud obſervandum venit," Numero iſto propemodùm " infinito Epiſcoporum, Prælatorum, Doctorum, & celeberri-" morum per omnem Europam Scriptorum", quem in avitæ diſciplinæ, ac traditionis commendationem allegant Duaceni, Galliarum etiam Antiſtites, & Sorbonæ Profeſſores comprehendi. " Quoniam (ut opportunè Pariſinus S. Th. Doctor M. Mauclerus de Monarchiæ utriuſ. S. Fœd. p.4. lib. VIII. cap.6. pag.2432.) " omnes Galli, fidei veræ, Catholicæque propugnatores acerrimi, " nec non Pontificiæ Majeſtatis obſervantiſſimi, nefandiſſimas " (Melanchtonis) propoſitiones in Romanum Pontificem dete-" ſtantur, quas omnes cum Lutheri ſcriptis execrandis Facultas " Pariſienſis ſuâ cenſurâ condemnavit. Ex qua condemnatione, " manifeſtè ſyncera, & orthodoxa iſtius Facultatis doctrina con-" ſpicitur de ſuprema & infallibili, Romano Pontifici à Chriſto

Do-

" Domino creditâ poteſtate in definiendis rebus ad fidem, bonoſque mores ſpectantibus". Id quod ibid. latè proſequitur, ac jam ante, cap. 2. 3. 4. & 5. per Gallicanæ Eccleſiæ Synodos, Antiſtites, Prælatos, & Doctores operoſiùs ſtabilierat. Nec eſſe novitium in Galliis dogma agnoverunt tam priſci, quàm recentiores illius Regni Antiſtites, & Doctores, quorum non pauci, hac quoque ætate illud profiteri conſtanter, & ſuſtinere non verentur.

GALLIÆ ANTISTITES

ET ut vetuſtiora monumenta recolamus; S. exuperius Toloſatium Archiepiſcopus, inſtrui petens, ac confirmari à Petri Succeſſore, Innocentio I. quid contra vigilantii errores per Galliam graſſantes credendum certò foret, atque docendum; ſimul ac Apoſtolicæ deſuper determinationis reſcriptum, incipiens, *Conſulenti tibi frater Chariſſime*, recepiſſet, illud tamquam immobilem fidei regulam ſuſpici, ac obſervari ſine ulla prorsùs hæſitatione mandavit, ne vel minimum quid à quopiam contradici paſſus. Extat Epiſtola verrantii Arelatenſis Archi-Epiſcopi ad S. Leonem I. quâ Supremam Pontificiæ Majeſtatis, ac infallibilem in dijudicandis Eccleſiæ controverſiis authoritatem his verbis veneratur. *Meritò illic Principatum Sedis Apoſtolicæ conſtitutum confitemur, unde adhuc Apoſtolici ſpiritus oracula reſerentur.* Dudum ante SS. Præſules, Proſper Aquitan. & Hilarius Arelatenſis exfficax remedium quæſituri contra reliquias Pelagianorum, quarum contagio per Maſſilienſes diffuſa plures jam Provincias infecerat, non ad aliquod recurrerunt generale Concilium, ſed ad Cæleſtinum Papam ſe contulerunt, qui ad ſerpentis mali curſum intercipiendum, aliquot Semipelagianorum Capitula condemnavit, & datâ ad Galliæ Epiſcopos Epiſtolâ decretali cujus initium *Apoſtolici verba præcepti ſunt* tranſmiſit. Hi autem ſine ulla tergiverſatione Pontificiam definitionem, ut infallibile oraculum magnâ reverentiâ amplexi ſectarios conſtrinxerunt, ut ei capita ſubmitterent. Inter alia, quæ præfata continet Epiſtola, vel Epiſtolæ pars (quam à Sancto Proſpero annexam quidam autumant) leguntur & hæc. *Neceſſarium fuit, diligenter inquirere, quid Rectores Romanæ*

Eccleſiæ, de hæreſi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicaverint, & contra nocentiſſimos liberi arbitrii defenſores, quid de gratia Dei ſentiendum eſſe, cenſuerint: ita ut etiam Africanorum Conciliorum quaſdam ſententias jungeremus, quas utique ſuas fecerunt Apoſtolici Antiſtites, cùm illas probarunt. S. Avitus Viennenſis Archiepiſcopus, contra errores, qui per Diœceſim ſuam gliſcebant, nullum aliud quàm Apoſtolicæ Sedis Præſidium ſibi requirendum ducens, Alexium Præſbyterum, & Venantium Diaconum Romam ablegavit, qui Pontificiæ authoritatis, ac cenſuræ opem expoſcerent ad vindicandam ab omni labe, & aſſerendam Catholicæ fidei puritatem, datis ad Horniſdam Papam litteris (quarum exordium: *Dum Religionis ſtatus*) in hæc verba. *Quæſumus ergo, ut, quid filiis veſtris, fratribus meis, id eſt, Gallicanis, ſi conſular, reſpondere debeamus, inſtruatis.* Et prætermiſſis Hincmaro, in cœtu apud S. Medardum, Fulberto, Epiſtolâ 2. ad Joannem XIX. Lanfranco, tract. de Euchariſt. cont. Berengar. Ivone Carnotenſi Epiſtola 159. & 240. S. Bernardo Epiſt. 190. & alibi, pluribuſque aliis, qui irrefractabile Romani Pontificis judicium, ſupremamque authoritatem ſuſpexerunt, S. Anselmus (quem in ſuis haberi Galli volunt, cùm propter Matrem Narbonenſem, tùm propter Sacra ſtudia, quibus & Toloſæ, & Beraci in Normannia incubuit) lib. de incanat. verbi cap. 1. Urbanum PP. II. ita compellat. *Quoniam Divina Providentia veſtram eligit Sanctitatem, cui vitam & fidem Chriſtianam cuſtodiendam, & Eccleſiam ſuam regendam committeret, ad nullum alium rectiùs refertur, ſi quid contra Catholicam fidem oritur in Eccleſia, ut ejus authoritate corrigatur* Pro cujus defenſione etiam ad exilium uſque ſtrenuè decertavit.

Tres S. Bernardi tempore, novarum ſectarum Architecti nocentiſſimum impietatis virus per Galliam diſpergebant: qui cum ſuis paradoxis, agente potiſſimùm Bernardo, de uno Apoſtolicæ Sedis judicio fuiſſe damnatos, negaverit nemo. Petrus Abaillardus imprimis: cujus ex libris, cùm quædam capitula, fidei adverſantia, contraria veritati, in Senonenſi conſeſſu cæpiſſent diſcuti, decretoriam declinare urnam per interjectæ ad Petri Cathedram provocationis effugium feſtinans, Innocentii II. tribunal evadere nequivit. Rem geſtam per litteras Pontifici retulerant

rant Epiſcopi,qui interfuerant,ita perorantes. *Tuum, Beatiſſime Pater, eſt, de cætero providere, ne aliquâ hæreticæ pravitatis maculâ decor Eccleſiæ contaminetur. Tibi commiſſa eſt ſponſa Chriſti, ô amice ſponſi. Tuum: eamdem uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Et reſcripſit in hunc modum Innocentius. *Nos itaque, qui in Cathedra S. Petri, cui à Domino dictum eſt, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos, licet indigni reſidere conſpicimur, communicato fratrum noſtrorum Epiſcoporum Cardinalium conſilio, deſtinata nobis à veſtra diſcretione Capitula, & univerſa ipſius Petri perverſa dogmata, Sanctorum Canonum authoritate, cum ſuo authore damnavimus, eiq; tamquam hæretico perpetuum ſilentium impoſuimus. Vniverſos quoq; erroris ſui ſectatores, & defenſores à fidelium conſortio ſequeſtrandos, & excommunicationis vinculo innodandos eſſe cenſemus.* Prodiit haud ita multò poſt in Toloſana regione vilis Apoſtata Henricus Petro-Bruſianus, qui multo inſanæ novitatis fuco nimiam gentis iſtius occupaverat levitatem. Sed eam peſtem illicò Eugenius PP. III, per Legatum ſuum Card. Albertum Epiſcopum Oſtienſem, cui in eam expeditionem ſeſe comitem adjunxerat Bernardus, adhibito anathematis cauterio ſtitit, & extinxit. Eodem anno ad Apoſtolicæ Sedis tribunal maleſana Gilberti Porretani dogmata per Pictavienſis Eccleſiæ Archidiaconos ſunt delata. Et licet coram Eugenio III. Gilberti fides Pariſiis aliquoties, mox & Rhemis, ubi coacto Concilio præſidebat Pontifex, fuerit diſcuſſa, &, quod ad an. 1148. n. XXIV. ex Ottone Friſingenſi advertit Card. Baronius " finitâ Synodo, in „ cubiculo, ubi urbis Epiſcopus cum ſenioribus ſedit, vocatus, & „ quid de fide S. Trinitatis ſentiret, interrogatus fuerit" attamen quia in congregatione paulò ante ſeorſim habitâ, nova aliqua ſymboli formula contra pravas Gilberti novitates, dictante Sancto Bernardo (ſi Godefrido in ejus vita credimus) conſtructa erat, nominibuſque ſingulorum ſubſcripta, Sacro Cardinalium Senatui, qui aderat, viſa fuit in iſto congreſſu ſuprema Pontificis in fidei cauſis decidendis non parùm delibata Majeſtas. Quare æquitabili jurgio Eugenium preſſerunt, conqueſti, ut idem Otto commemorat, "Bernardum, & cum eo, Gallicanam Eccleſiam, „ contra Romanæ Sedis Primatum, & Apicem, erexiſſe cervicem. „ Hæc eſt enim ſola, quæ claudit, & nemo aperit: aperit & nemo

„ mo claudit. Ipſa ſola de fide Catholica diſcutere habens, à nul-
„ lo, etiam abſens, in hoc ſingulari honore præjudicium pati po-
„ teſt. Sed ecce Galli iſti etiam faciem noſtram contemnentes,
„ ſuper capitulis, quæ his diebus, nobis aſſidentibus agitata ſunt,
„ tamquam finituræ ſententiæ ultimam manum apponendo, no-
„ bis inconſultis fidem ſuam ſcribere præſumpſerunt. Certè ſi
„ in Oriente, utpote Alexandriæ, vel Antiochiæ coram om-
„ nibus Patriarchis hujuſmodi tractaretur negotium, nihil firmâ
„ ſtabilitate ſolidum ſine noſtra definiri valeret authoritate.
„ Quinimò juxta antiquorum Patrum inſtituta, vel exempla Ro-
„ mano ſervaretur examini terminandum". Nulli quippe alii hæc divinitus attributa eſt fidei res ſine errore determinandi prærogativa, quàm Romanæ Cathedræ. Itaque deſuper rogatus à Papa Bernardus humiliter, & cum reverentia reſpondit, ſe, vel Dominos Epiſcopos, nihil de præfatis Capitulis definiiſſe: ſed quia ab Epiſcopo Pictaviano (Gilliberto Porretano, audierat, ut fides
„ ſua ſcriberetur, idcirco, quia ſolus nollet, illorum authoritate
„ ac teſtimonio ſimpliciter ſe, quod ſentiret, expoſuiſſe". Et aſſenſi ſunt Epiſcopi Gallicani, juſtæ reprehenſioni capita ſubmittentes: "ita tamen, ut præfatum ſcriptum authoritatis pondere carens, pro ſymbolo in Eccleſia non haberetur. "Quoad Gilber-
„ ti verò Capitula", de primo tantùm Romanus Pontifex de-
„ finivit: ut puta, majoris momenti, in quo & totius quæſtionis
„ Cardo verteretur.

Erunt, qui cum Vigorio ex Baſileenſi caterva antedictis præfractè adverſantem producent Ludovicum, Cardinalem Arelatenſem Archi-Epiſcopum, ſplendore generis, doctrinæ magnitudine, vitæ ſanctitate, & miraculorum gloriâ etiam ante obitum planè illuſtriſſimum.

At occurrit extemplò Doctor Sorbonicus Andreas Duvallius in proœmio ad tertiam quæſtionem. Cujus reſponſum tantò magis libet cum ſincopis exſcribere, quantò id acris potiùs apparet invectiva, quàm defenſio juſta. "Quomodo enim, inquit, ſi
„ congregatio Baſileenſis, conciliabulum, & latrocinium fuerit,
„ Deus Concilii Præſidem dono miraculorum decoravit? Pro-
„ fectò in virtutibus, & præſertim Chriſtiana charitate, pace, &
unitate

„ unitate conſiſtit ſanctitas. Quâ cùm Ludovicus ille Cardinalis „ non claruerit, ſed potiùs caruerit, ut qui rebellionem, inobe- „ dientiam, detractionem, & horrendum ſchiſma ſuâ præſentiâ „ magis, quàm quivis alius, foverit, & promoverit, Sanctus pro- „ fectò habendus non eſt. Sed eſto, claruerit miraculis. Vulgare „ eſt apud Theologos, donum miraculorum, eſſe gratiam gratis „ datam, ideoque nihil quicquam pro Ludovici ſanctitate, aut, „ quod ad rem maximè facit, pro Concilii authoritate efficere po- „ terit, niſi priùs oſtenderit Vigorius, hæc miracula in confir- „ mationem Concilii, ejuſque decretorum ab eo patrata fuiſſe: „ ſed quocumque ſe vertat, hoc numquam præſtare poterit. „ Quare Ludovici Arelatenſis miracula, ſi quæ fuiſſent, morari „ tamen, aut movere neminem meritò poſſunt ad Concilii Ba- „ ſileenſis aſſerendam authoritatem". Hæc, & plura Duvallius. Et certè, præ cæteris ipſe, atteſtante Spondano ad an. 1438. n. x i. & an. 1439. n. 25. "Seſe exhibuit Conventiculi Baſileenſis „ præcipuum columen. Nam poſt abſceſſum cæterorum omnium „ Cardinalium, aliorumque præcipuorum Antiſtitum, abſque „ ejus authoritate fuiſſet reliqua remanentium colluvies ſpontè „ dilapſa, & diſſipata evanuiſſet. In eaque perſiſtens tam obfir- „ matè egit contra Eugenium, ut inter proloquendum, multa „ admiſcuerit, quæ vellem, (ait Spondanus) alterius fuiſſe. Cum „ dolendum ſit tam nobile ingenium, ad illa putidiſſima ſchiſma- „ tis ſtudia prolapſum fuiſſe". Alia adhæc non pauca, eaque ſatis exotica in furioſo iſto latrocinio per ipſum geſta notantur, quæ ſugillent citiùs, quàm commendent. Quòd Apoſtolicis Legatis, & Cardinalibus reliquis, antehac Eugenio peræquè infenſis, ad Pontificem redeuntibus ſeſe, ut debuit, non adjunxerit. Quòd dilapsâ majore & meliore legitimorum Patrum parte, deſertam Synodum ad infamem, ex vili plebe conflatam factionem redigi, ſeque ducem illi, & conventiculi Præſidem proclamari ſuſtinuerit. Quòd deinceps eas celebraverit ſeſſiones, quibus nihil umquam in Apoſtolicam Petri Cathedram propudioſius ullá vidit ætas ſuperior. Quòd Aquileienſem Patriarcham, Eugenianorum, (qui remanſerant, & pro Papa certabant) capitibus atrociter minitantem tolerarit. Quòd tres illos ſupremo Romani Pontificis

tificis Principatui injurioſiſſimos articulos, velut totidem fidei decreta, quæ nullus per univerſum orbem Catholicus agnoſcit, nec veneratur, renitente licet potiore Epiſcoporum agmine, nihilominùs per fraudem & aſtum definire, SS. Trinitatis invocato nomine, non erubuerit. Quòd indubitatum ac certiſſimum Univerſ. Eccleſ. Paſtorem, Eugenium, nullius prorſus criminis, nedum hæreſeos, reum, Apoſtolicæ Sedis gradu dejicere, eique non vacanti Amadeum Sabaudum ſub infelici Felicis V. ſchemate per ſeditioſiſſimam conſpirationem, & immane facinus intrudere non ſit veritus. Quòd contumax per legitimum Petri Succeſſorem jure merito fuerit anathemate percuſſus.

Et hæc quidem ita ſe habent. Verumtamen ut dicamus, quod res eſt. Per Gallicanæ Eccleſiæ Martyrologium ad diem 16. Septembris innotuit, qualis quantuſque demum iſte Ludovicus evaſerit. Nempe, quod factorum pœnitens ad pedes Nicolai PP. V. qui in Apoſtolico throno Eugenio ſucceſſerat, ſupplicem ſeſe abjecerit, & inducto feliciter ad abdicationem Amadeo, Eccleſiæ unitatem, ſupremique in ea Hierarchæ authoritatem reſarcire ſtuduerit. Denique calcatâ mundi gloriâ, ſuperatis Dæmonum inſidiis, propagatâ latè Catholicæ fidei Religione, relictis poſt ſe æternis ſanctæ vitæ veſtigiis ac exemplis, tot, tantiſque à morte reſplenduit miraculis, ut ipſum Beatorum albo Clemens Papa VII. edito diplomate inſcripſerit. Eouſque pœnitentiam non diſtulit Julianus Cæſarini Cardinalis S. Angeli, (quod hìc omiſiſſe piaculum foret) quin imò furente vel maximè Baſileenſium ſeditione receptui canens, in Eugenii redire gratiam feſtinavit, ac in Orthodoxi Concilii Florentini ſeſſione 7. propè finem, Pontificiam infallibilitatis prærogativam, ac authoritatem omni Concilio ſuperiorem in decidendis fidei quæſtionibus, cum Andrea, ex Prædicatorum Ordine, Coloſſenſium ſeu Rhodiorum Archi-Epiſcopo, egregiè defendendam ſuſcepit. Cum enim Marco Epheſiorum Archipræſuli arguenti repoſuiſſet Andreas, *Quòd authoritatem habeat Romana Eccleſia explanandi ſymbolum, unam tantùm ſententiam Græcam afferemus, quâ demonſtrabitur, Sedem hanc Petri, ſolam eſſe, in qua poteſtas ſit explicandi fidem. Propter quod numquam portæ inferi, hoc eſt, hæreſes prævaluere adverſus eam, imò ne attigerunt quidem.*

Eſt

eſt autem Epiſtolâ in ſermone de fide. Sed & longè ante omnes, Cyrilli in theſauris. Elucet enim præcipue in Cyrilli ſcriptis Romani Pontificis authoritas: cujus eſt explicare omnes fidei veritates, inde duplicem hanc eliciens concluſionem, Julianus, unam: *Quotieſcumq; error aliquis emerſerit, Papæ incumbere neceſſitatem docendi Catholicam veritatem.* Et alteram: *Totam Chriſti Catholicam Eccleſiam, & Patres omnes ſuſcepiſſe authoritatem Romanæ Eccleſiæ, & ſecutos per omnia ejus doctrinam*, lectâque Agathonis PP. Epiſtolâ ſubjecit. *Hinc patet, quoties de fide aliqua oritur dubitatio, Romanum Pontificem debere, ac teneri, illam declarare: atq; illo docente, omnes Synodos, atq; Eccleſiam univerſalem debere hujuſmodi veritatem ſequi: Et hoc dicit Epiſtola recitata, approbata in ſexta Synodo.* Juliani, aliorumque exemplo profeciſſe Ludovicum, nihil vetat. Porro Baſileenſem Synodum quod attinet, non tam Sacram eam nec ſanctam ne in ipſa quidem Gallia eſſe, quantum quidam autumant, art. ſequenti patefiet.

Cæterùm ſuperioribus retrò ſeculis plures notiſſimum eſt à parte ſummi Pontificis ſtetiſſe Nationales Galliæ Synodos, Aurelianenſem quartam, Turonenſem 2. & 4. Trecenſem, Semovicenſem, Rhemenſem, & Carnotenſem, collectas à M. Mauclero lib. 8. part. 4. cap. 2. quæ Pontificias, in dogmaticis, quid credendum, quid reſpuendum, ſanctiones, ut infallibiles fidei regulas profitentur obſervandas: ſicque Patres ſuos ſemper cuſtodiviſſe. Ex quibus (ut ſubinfert Duvallius parte 2. q. 2.) " velint nolint ,, adverſarii, liquidò conſtat, veteres Eccleſiæ Gallicanæ Proce- ,, res, hanc in ſummis Pontificibus, & Petri Succeſſoribus infalli- ,, bilitatem ſemper agnoviſſe, Chriſtique Domini orationem in ,, Petro non ſtetiſſe, ſed ad ejus ſucceſſores certiſſimè tranſiiſſe; ,, eoſque, qui veritatem hanc impugnare conati ſunt à ducentis, ,, aut circiter annis, quibus in Eccleſiam horrenda ſchiſmata irruerunt, cœpiſſe".

Quamquam, & ſuccedentibus temporibus fuêre, ſuntque etiamnum ex Gallicanæ Eccleſiæ Præſulibus, & Sorbonæ Doctoribus non pauci, quibus contrarium iſti veritati dogma neutiquam probatur. Et quidem detonante adhuc *Baſileenſi tempeſtate, illud impugnarunt Toloſatium Archi-Præſul, & Bitterenſium Antiſtes*, de quibus Spondanus ad an. 1438. N. 23. ' Archiepiſcopus Toloſa-

 nus

„ nus (Bernardus,ut puto,de Roſſergio, inclytus juris Profeſſor) „ eodem tempore tractatum edidit pro authoritate Sedis Apoſto- „ licæ : *tit. Accenſus veri luminis Francorum , Chriſtianiſſimi Regis , & „ regni , contra tenorem pragmaticæ ſanctionis.* Putamuſque ad hæc „ tempora pertinere tractatum alium ſatis prolixum , quem æquè „ ac ſuperiorem reperimus in Bibliotheca Collegii Navarrici Pa- „ riſien. authore Guilielmo de Montioye Epiſcopo Bitterenſi , „ quem Rex conſultaverat , diſtinctum in quatuor adviſamenta , „ ut vocant , hoc eſt monita , ſeu conſilia. I. ut ab unitate Ec- „ cleſiæ nullatenus ſe abripi , Rex ſineret. 2. ut proceſſus factos „ per paucos ſegregres contra PP. Eugenium nullo modo admit- „ teret. 3. Ut diligenter curaret ſchiſma hoc extingui. 4. Ne per- „ mitteret ulterius in ſuo regno audiri Concilium Baſileenſe, „ ſed in omnibus adhæreretur S. Romanæ Eccleſiæ , & Apoſtoli- „ cæ Sedi. Hæcque omnia firmavit , ſuaſitque multis rationi- bus , argumentis , & authoritatibus".

Et præter illos , qui ex Gallia contra edictum Caroli Regis ad Concilium œcumenicum Ferrariæ inchoatum , ſed Florentiæ terminatum ſeſe contulerunt , eique ſubſcripſerunt , idem egregiè præſtitit Helias Burdelius ex Ordine Minorum Turonenſium Archiepiſcopus , à Sixto IV. Presbyter Cardinalis anno 1483. creatus. Vir iſte ſanctus poſt obitum miraculis clarus , & teſte Spondano ad an. 1467. N. 3. "authoritatis Sedis Apoſtolicæ „ ſtudioſiſſimus, tractatum edidit contra Pragmaticam, multis ra- „ tionibus , & argumentis demonſtrare conatus , quanto ea eſſet „ dedecori non ſolùm Eccleſiæ , & Pontifici Romano , verum etiam Regi , ac regno Chriſtianiſſimo".

Plures deinde ex recentioribus ejuſdem Nationis , & Dignitatis Scriptoribus ſupremam,ac ſtabilem ſummi Pontificis authoritatem ; à cujus unius definitione omnis credendorum certitudo eſt petenda,ſedulò ſatagunt adſtruere. Nec ita pridem, huc ſtudia, & operas, quà ſcriptis, quà factis contulerunt Eminentiſſimi immortalis nominis Cardinales , Jacobus Peronius , & Armandus Richelius; quos & ſuperius ſeculum excoluit , ac in veneratione habuit. Celebrabant Pariſiis anno hujus ævi decimo per menſem Martii in æde D. Jacobi Comitia generalia FF. Prædica-

tores

tores, quibus præerat totius Ordinis caput, & Magiſter, Auguſtinus Galaminius (cui poſtmodùm animi dotes, ſingularis pietas, rara eruditio, eximiæ virtutes, & magna merita Sacram Romanæ Eccleſiæ purpuram compararunt) & inſtitutâ, pro more, ſolemni diſputatione, quàmacerrimè impugnabatur propoſitio negans,fas eſſe, ut ulla umquam Synodus ſupra œcumenicum Apoſtolicæ Sedis Præſidem ſeſe efferat: contra eam vehementiùs excandeſcens Sorbonæ Syndicus, Edmundus Richerius, cum nihil proficeret, calamum exacuit, impreſſo tractatu anonymo, *de Eccleſiaſtica, & politica poteſtate*, adverſus ſupremam Romani Pontificis in omnes Orthodoxas Synodos poteſtatem, ac infallibilitatem. Cujus lectione plurium animos erga Apoſtolicam Sedem minùs rectè affectos infici animadvertens Cardinalis Peronius, Archi-Epiſcopus Senonenſis,Provinciæ Synodum coegit: in qua ut ex congregationis diplomate conſtat", Henricus Pariſienſis, ,, Franciſcus Antiſiodorenſis, Joannes Meldenſis, Gabriel Aure- ,, lianenſis, Renatus Trecenſis, Euſtachius Nivernenſis, & ,, Philippus Carnutenſis, Epiſcopi, provincialiter congregati ,, libellum, cui abſque nomine Authoris, & typographi, titulus ,, eſt,*de Eccleſiaſtica,& politica poteſtate*, diligenter lectum, & ex- ,, penſum, cenſurâ & damnatione dignum judicarunt, & reipsâ ,, notarunt, & notant, ob multas, quas continet, propoſitiones, ,, expoſitiones, & allegationes falſas, erroneas, ſcandaloſas, ,, ſchiſmaticas, & ut ſonant, hæreticas &c. Omnibuſque ſubdi- ,, tis ſuis, ejus libelli poſſeſſione, attrectatione, & lectione in- ,, terdixerunt; vendi, aut typis cudi prohibuerunt, qui ſecùs fa- ,, cerent, pænis & cenſuris Eccleſiaſticis obnoxios voluerunt, ,,& denuntiarunt Pariſiis 1612. die 9. Martii". Illorum exemplum ſecuti Paulus Aquenſis Archi-Epiſcopus, Carolus Reienſis, Bartholomeus Forojulienſis, & Tuſſanus Siſtarcicenſis Epiſcopi, præfato libello ejuſdem ſtyli & notæ ſtygma impreſſerunt, & publicarunt inſequentis menſis Maii die 24. Infrendens Richerius, & abuſus obtendens appellavit: ſed fruſtra. Edicto enim Regio, pariter & decreto Sorbonæ, Syndicatu exutus eſt, remanentibus in ſuo vigore Cenſuris.

Nihilominùs Cardinalis Richelius Sorbonæ Proviſor denun-

tiatus perditi hominis curam ſuſcepit, nec deſtitit, adhibitis ſaluberrimæ inſtructionis incitamentis, ad reſipiſcentiam, & ſalutem exhortari, urgere, impellere; donec ad ſanam mentem tandem rediens Richerius, anno hujus ſeculi 29. die 7. Decembris (quod eò loci. N. 9. annotavit Spondanus) " Lutetiæ declarationem ,, coram dignis teſtibus edidit à ſe ſcriptam, & obſignatam; quâ ,, ſe, libellumque ſuum *de Eccleſiaſtica, & politica poteſtate*, ac quaſ- ,, cumque ejus propoſitiones, Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, & ,, S. Sedis Apoſtolicæ judicio ſubjicere declaravit; eam Matrem ,, & Magiſtram omnium Eccleſiarum, & infallibilem veritatis Ju- ,, dicem agnoſcens: & quatenùs contrariæ illæ eſſent eidem Ec- ,, cleſiæ Romanæ, improbavit & condemnavit: hancque de- ,, clarationem conſignavit Eminent. Card. Richelio, Proviſori ,, Domus Sorbonæ.

" Iiſdemque temporibus (ſubdit continuò Spondanus) decre- ,, tum factum eſt publicum ab eadem Sorbona, ut deinceps reno- ,, varetur mos antiquus, & laudabilis, à quibuſdam omitti cœp- ,, tus, ut quicumque Baccalaureus in Theologiæ actibus reſpon- ,, dens, juraret in decreta ſummorum Pontificum". Iſta autem antiqui moris innovatio non eſt facta procul dubio à Sorbona, niſi de conſenſu ſui Proviſoris, Cardinalis Richelii: qui & mentem ſuam explicatiùs depromens lib. 2. pro converſione hæreticor. cap. 2. pag. 197. ait. " Quando dicimus, quòd Romana Eccleſia ,, eſt una, & indiviſa, ſive in ſua communione, ſive in ſua do- ,, ctrina, ſenſus eſt: Illas Eccleſias non haberi pro Romanæ Ec- ,, cleſiæ membris, quæ contrarias in materia fidei profitentur ,, opiniones, vel quæ eas judicio ac cenſuræ ejuſdem Eccleſiæ, aut ,, ſui Capitis, ipſam repræſentantis non ſubmittunt."

Nec diſcordat ROBERTUS CENAL Abrincatuorum in Normannia Epiſcopus, lib. 2. de oblata ab hæreticis conditione, pag 42. aſſerens". Pontificis Monarchia, ad hoc, ut doctrinæ conſenſus ,, retineatur, non ſolùm utilis, ſed & neceſſaria, imo à Chriſto ,, inſtituta, & ab omnibus omnium ætatum Doctoribus aſſerta eſt ' FRANCISCUS DE RACONIS, Vavrenſis Antiſtes, lib. de Primatu, & ſuprema poteſtate S. Petri, ſect. 1. cap. 5. §. 6. " Omne ,, illud, quod reperire eſt in Doctoribus luminoſum, in petris ,, Domus Dei, quæ eſt ejus Eccleſia, firmum ac immobile, quid-

quid

„ quid authoritatis in Prælatis, & Paſtoribus, totum id innititur, „ & dependet à Romano Pontifice; quem Jeſus Chriſtus in ſua „ Eccleſia ſtabilivit, tamquam caput, ſolem, fontem, caudicem, „ fundamentum, & Monarcham ſuorum omnium populorum, „ ad hoc, ut ſuo motu ac influxu agat, regat ac dirigat omnes hujus „ corporis myſtici, quod eſt Eccleſia, partes, ut fidei ſuæ radiis uni- „ verſos fideles illuminet, doctrinæ ſuæ puritate, ac integritate „ emundet, infallibilitatis ſuæ robore, ac ſoliditate confirmet" &c. quæ ibidem à pagina 250. uſque 259. latè proſequitur, & explanat. NICOLAUS COEFFETEAU è Religioſa Prædicatorum familia ad Maſſilienſem Epiſcopatum provectus, in præclaris ſuis pro Sacra Monarchia Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ, & Romanæ Apologeticis totus in eo eſt, ut ſummum S. Petri, & ſucceſſorum ejus ſuper Chriſtianum Orbem, & quamcumque generalem Synodum in ſpiritualibus imperium, & infallibilitatis prærogativam, adverſùs conflatam ab Apoſtata, Marco Antonio de Dominis Rempublicam, per duo vaſta volumina gnaviter vindicet. Undè ipſo ſtatim operis initio dedicatoriam ita auſpicatur. "Cum " multa à Deo Opt. Max. Eccleſiæ Catholicæ ſapientiſſimè ſint " proviſa, quibus ejus ſalus contineretur: tum nihil præclarius, " aut præſtantius, quàm quòd Pontificem Maximum, cujus pru- " dentiſſimis conſiliis regeretur, & authoritate confirmaretur, " Cuſtodem, & Gubernatorem illi impoſuerit, ac eo fine præfe- " cerit, ut conſtituto Capite omnis ſchiſmatum amputaretur, & " tolleretur occaſio. Hâc namque ratione eſt ab eo effectum, ut " cùm ſpectabilis hujus Capitis poteſtas quaquaverſùm ſeſe fun- " dat, & qui toto terrarum Orbe ſint Orthodoxi, & pacatis re- " bus, habeant, in quo acquieſcant: & turbatis, in quem in- " tueantur, quemque inſtar Cynoſuræ aut potiùs Elicis magni " obſervent: cujus ſydere recreati, & fulgore colluſtrati flu- " ctibus ſe eripiant, Syrtes, & ſcopulos ſuperent, ac tandem om- " ni periculo defuncti, in portum integrâ nave perveniant, & " appellant. Neque verò minoris ſapientiæ fuit, Sacrum illud Im- " perium iis præſidiis circumdediſſe, ac muniiſſe, quibus poten- " tiſſimâ Chriſti Domini oratione firmatis, nullas, vel ferocior, " vel callidior hoſtis perniciem accerſere, aut exitium inferre

"poſſet". In quorum confirmationem congeſtâ lib. 1. cap. 6. ingenti veterum Patrum multitudine, inter illos inducit pag 115. " Gregorium Magnum lib. 3. ind. 12. Epiſt. 33. ſcribentem. " *Quis neſciat Sanctam Eccleſiam in Apoſtolorum Principis ſoliditate fir-* ,, *matam? Quia firmitatem mentis traxit in nomine, ut à Petra Petrus dice-* ,, *retur:*" Et pag. 116. Felicem. III. "Qui cùm Romanam Eccle- ,, ſiam non poſſe errare docuiſſet, hæc ſubjicit Epiſt. 1. *Quoniam* ,, *Dominus, & Salvator omnium fidem B. Petri non defecturam promiſit, &* ,, *& confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos Pontifices meæ* ,, *exiguitatis prædeceſſores confidenter feciſſe ſemper, eſt cunctis cognitum.*" Pag. 118. ex Innocentii II. Epiſt. apud S. Bernard. 194. ſic arguit. "Quos oculos habeat neſcio qui non videat, his verbis, ,, *inde eſt, quòd B. Petrus Apoſtolorum Princeps à Domino, ac Salvatore noſtro* ,, *audire meruit. Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo* ,, *Eccleſiam meam: Petram utique firmitatem fidei, & Catholicæ uni-* ,, *tatis ſoliditatem manifeſtè deſignans*, & Innocentium, & Bernar- " dum, eam firmitatem fidei in Petro, cujus Cathedra, veritatis " Eccleſiaſticæ centrum ſit, reſidentem, veneratos fuiſſe. Hinc e- " tiam in Epiſtola ſua 1. Ita pronuntiaverat Innocentius I. *Et* " *quoniam Eccleſia ſuper hanc Petræ ſoliditatem non tantùm fundata, ſed* " *ab eo, ejuſque ſucceſſoribus eſt etiam edocta; cum Dei Gratia, ipſius* " *Beati Petri ſuffragantibus meritis firmitatem fidei, quam primò percepit,* ,, *hactenus inconcuſſam ſervare ſtudent*". Et cap. 8. pag. 188. S. Hieronymi ſcripta enucleans, Spalatenſem affatur. "Diſcat ex E- " piſtola 57. ad Damaſum quo ſpectavit ſummus vir (Hierony- " mus) cum Petrum, unum Eccleſiæ impoſitum Caput, cujus o- " perâ ſchiſmatum omnes depellerentur occaſiones, deſcriberet. ,, Cauſa ſcribendæ Epiſtolæ fuit ſchiſma Orientis, & Antioche- "næ Cathedræ laceratio, quod ipſe initio Epiſtolæ prodit. *Quo-* " *niam*, inquit, *vetuſto Oriens inter ſe populorum furore colliſus &c.* " Quid igitur in his Orientis turbis, vir tam pius, tam Ortho- ,, doxus cogitat? Cathedram Petri ſibi conſulendam ducit. *Ego,* ,, inquit, *nullum primum* (melius præmium) *niſi Chriſtum ſequens,* ,, *Beatitudini Tuæ, id eſt, Cathedræ Petri, communione conſocior.* (En ,, ſpectatam ab eo unitatis rationem) *Super illam Petram ædificatam* ,, *Eccleſiam ſcio.* En agnitam poteſtatem. Uſum deſideras? En ti-

„bi in ſcrupulo de hypoſtaſibus. *Diſcernite, ſi placet, obſecro. Non „timebo tres Hypoſtaſes dicere, ſi jubetis.* Tanti ſcilicet facit ſucceſ- „ſoris Petri authoritatem, ut id amplexurum ſe, quod ille præ- „ſcripſiſſet, profiteatur. An non ergo ejus eſſe, dirimere con- „tentiones Eccleſiæ, perſuaſum Hieronymo? At quem non „moverent poſtrema piiſſimi, & afflictiſſimi Patris verba? *Obteſtor „Beatitudinem Tuam per Crucifixum, mundi ſalutem, Homouſion Trinitatem, „ut mihi Epiſtolis Tuis, ſive tacendarum ſive dicendarum hypoſtaſeon detur „authoritas.* Verum itaque eſt formandæ unitati conſtitutum Caput, Petrum, non ſolùm qui eam oſtenderet, ſed & qui præſenti authoritate ſchiſmatum ſeditioſos motus componeret". Hinc & præmiſerat Hieronymus. *Vbicumque fuerit corpus, illuc congre- „gantur aquilæ. Profligato, à Sobole mala, patrimonio, apud vos ſolos in- „corrupta Patrum ſervatur hæreditas.* Quæ verba recitans cap. 9. „pag. 199. ſubdit ex Bernardo. Hæc quippe hujus prærogativa „Sedis. Cui enim alteri aliquando dictum; *Ego pro te Rogavi, „Petre, ut non deficiat fides tua?* Quod ei tamquam Capiti, à quo „authoritas regiminis in ſucceſſores eſſet derivanda, cura in- „cumberet omnes per orbem Paſtores confirmandi". Et c.12. pag. 306. concludit "Dico igitur, non eſſe par lumen in reli- „quis cum ſummo Pontifice. Nam uni ei in perſona Petri di- „ctum eſt. *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Quare eâ luce „colluſtratus, plus ejus oculus cernit, quàm multorum oculi", licet in Oecumenico Concilio ſedentium "Non oculorum mul- „titudo, ſed vis luminis in videndo ſpectari debet" quam in Vicario ſuo Chriſtus Dominus ſuâ oratione reddidit indefectibilem, ut per eam cæterorum Paſtorum omnium oculi in Synodis æquè, ac ſingillatim colluſtrentur, roborentur, confirmentur". *Nec enim licet ſine ejus ſententia*, (ut ex Concilii ſexti actione. 18. habet pag. 312. & 325.) *Eccleſiis decreta ſtatuere.* "Et ut majora „Concilia judicii pondus habeant, inter Orthodoxa à Pontifi- „ce cenſeri debent, ut in cauſa Concilii Ariminenſis eſt ali- „quando demonſtratum. Ipſorum certè Oecumenicorum Con- „ciliorum cogendorum, & confirmandorum authoritas penes „ipſum Pontificem eſt: nec citra ejus conſenſum poſſunt ulla „decreta Eccleſiis ſanciri, ut ex veteri inſtituto docent Socra-

tes,

„ tes, Sozomenus, & Theodoretus". Denique tom. 2. lib. 3. cap. 1. pag. 13. Infallibilis hoc poteſtatis privilegium ex divina inſtitutione Apoſtolicæ Sedi attribuit. "Habet iſtud ex infal„libili Chriſti providentia, qui Capitis, ſui Vicarii in fidei „ firmitate ſolicitus, Patrem rogaverit, ut ejus non labeſceret fi„des. Et lib. 4 c. 6. pag. 462. Pontificis Romani Authorita„tem, quæ ſucceſſione Petri nititur, ex jure promanare di„vino, Magnus agnoſcit Auguſtinus, & cum Auguſtino Con„cilii Milevitani Patres, ſcribentes ad Innocentium PP. ut „quamvis Pelagiani à Conciliis Carthaginenſibus damnati eſ„ſent, tamen ipſe eos latâ ſententiâ etiam condemnare vellet. „ *Arbitramur enim*, inquiunt Ep. 92. apud Auguſtinum, *authori„tati Sanctitatis tuæ de Sanctarum Scripturarum authoritate deprompta „faciliùs eos eſſe ceſſuros.* In quibus verbis, & authoritatem exi„miam, ac ſingularem ad comprimendos hæreticos in Romano „ Pontifice, illamque & Synodorum decretis majorem agnoſ„cunt, & præterea illam authoritatem ex ſcripturis depromptam „eſſe, id eſt, eſſe juris divini aſſeverant. Quare etiam Grego„rius lib. 6. Ep. 37. prolatis in hanc rem Scripturæ locis", hoc „addit. *Ergo cùm multi ſint Apoſtolici, pro ipſo tamen Principatu, ſola Apoſtolorum Principis Sedes in authoritate convaluit.*

Maſſilienſium Antiſtiti ſurrogandus venit Ruthenenſis Epiſcopus LUDOVICUS ABELLY primâ parte Medullæ Theologicæ in ſeptima editione cap. 4. ſec. 1. ubi §. 4. propoſitam theſim hanc "Pontificis Romani authoritatem, in iis, quæ fi„dem ſpectant, eſſe medium certiſſimum ad doctrinam Ortho„doxam dignoſcendam, eamque ab heterodoxa, & hæretica „ ſecernendam", validis probationibus communiturus, ſic exor„ditur.

" Concilium Florentinum ſeſſione 25. in decreto fidei defini„vit; *Romanum Pontificem, Succeſſorem eſſe Beati Petri, Principis Apo„ſtolorum, & verum Chriſti vicarium totiuſq; Eccleſiæ Caput, & om„nium Chriſtianorum Patrem, & Doctorem exiſtere, & ipſi in B. Pe„tro paſcendi, regendi, & gubernandi Univerſalem Eccleſiam, à Do„mino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe.* Ex quo ſe„quitur, ad illum pertinere de rebus ad fidem, & religionem

ſpectan-

" ſpectantibus juridicè cognoſcere, majoreſque cauſas, quales
" ſunt fidei, ac religionis, dijudicare, hæreſes emergentes damna-
" re, veritates fide divinâ credendas definire, ipſique om-
" nes ubique terrarum fideles, in his quæ fidem, & religio-
" nem ſpectant, ſubeſſe debere, ac vocem illius tanquam ſu-
" premi Paſtoris auſcultare. Hanc de Romani Pontificis autho-
" ritate doctrinam optimè expreſſit S. Bernardus Ep. 190. ad In-
" nocentium. *Oportet*, inquit, *ad veſtrum referri Apoſtolatum pericula*
" *quæque*, *& ſcandala emergentia in regno Dei*, *& præſertim quæ de fide*
" *contingunt &c. Tempus enim eſt, ut veſtrum agnoſcatis Principatum, pro-*
" *betis zelum*, *miniſterium honoretis. In eo planè Petri impletis vicem*,
" *cujus tenetis & Sedem*, *ſi veſtrâ admonitione corda in fide fluctantia con-*
" *firmatis*, *ſi veſtra authoritate conteritis fidei corruptores*. Ex qua S. Ber-
" nardi doctrina, quæ totius Eccleſiæ communis eſt, ſequitur
" Primò. Quòd quoties aliqua controverſia in materia fidei ex-
" oritur, quoties aliquod novum dogma exurgit, de quo du-
" bitatur, an fidei adverſetur, certiſſimum medium ad veritatem
" dignoſcendam, eamque à quovis errore ſecernendam, eſſe, ad
" Sedem Apoſtolicam recurrere, & inde reſponſa petere, ubi fi-
" des non poſſit ſentire defectum. Ita fecit S. Hieronymus in
" controverſiis quibuſdam circa fidem, Antiochiæ exortis, ſuper
" quibus judicium Apoſtolicæ Sedis exquirit, ut videre eſt in
" Epiſtola, quam ſuper hâc re ſcripſit ad Damaſum Papam. Idem
" etiam fecerunt S. Epiſcopi Victricius & Exuperius, ille Ro-
" thomagenſis, hic Toloſanus, cùm primùm nefariam Vigilan-
" tii doctrinam in Galliis emergere conſpicati ſunt. Super qua
" Innocentium I. conſuluerunt, ut videre eſt apud Baronium
" tom. 5. ad ann. 406 num. 47. Eodem modo ſe geſſit Alcimus
" Avitus, Epiſcopus Viennenſis, dum Hormiſdam Papam ſuper
" erroribus Græcorum conſuluit, ut ex ejus Epiſtola ad illum
" Pontificem conſtat. Simili ratione Poſſeſſor, Epiſcopus Afri-
" canus eundem Hormiſdam conſuluit ſuper Doctrina cujuſdam
" libri à Fauſto Regienſi Epiſcopo editi. Innumera propè ex-
" empla aliorum Sanctorum Epiſcoporum, & Doctorum ex
" Hiſtoria Eccleſiaſtica afferri poſſent, qui ſimilibus in caſibus,
" in quibus de fide agebatur, ad Petri Sedem recurrerunt, ut ve-

,, ritatem ab errore certò dignoſcerent.

Sequitur Secundò ex eadem doctrina ſupra allata: quod ,, quoties aliquid in materia fidei definitum eſt à Romano Ponti- ,, fice ex cathedra loquente, hoc eſt, quando loquitur non ut ,, Doctor particularis, ſed ut Chriſti Vicarius, totiuſque Eccle- ,, ſiæ Caput, & ſervatâ legitimi judicii formâ, quoties, inquam, ,, ab illo ut ſic, doctrina aliqua, ſeu propoſitio declarata eſt ,, hæretica, & ut talis damnata, vel è contra, quoties veritas ,, aliqua, tanquam fide credenda, definita eſt, teneri Chriſtia- ,, nos omnes, illius judicio aſſentiri, ac decretis obtemperare: ,, proindeque damnare, quod Sedes illa Apoſtolica damnat, appro- ,, bare, quod approbat: & ut loquitur Sanctus Hieronymus ci- ,, tatâ Epiſtolâ ad Damaſum, *Cathedra Petri fidei communione con- ,, ſociari.* Ita ſemper in Eccleſia conſervatum eſt, quod innume- ,, ris propè exemplis probari poſſet, quæ paſſim in annalibus Ec- ,, cleſiaſticis occurrunt. Inſtár omnium erit illud, quod in Gal- ,, liis contigit tempore Sancti Leonis Papæ. Qui cùm Epiſtolæ ,, decretalis, quâ Eutichetis hæreſim damnaverat, ſimulque ve- ,, ritatem illi oppoſitam, fide credendam definierat, exemplar ,, ad Arelatenſem Epiſcopum, & per illius manus ad alios om- ,, nes Galliæ Epiſcopos, tranſmiſiſſet, hoc judicium Apoſtoli- ,, cum ab Epiſcopis illis tantâ reverentiâ, & animi ſubmiſſione ,, receptum eſt, ut ad præfatum Sanctum Leonem gratulatoriam ,, Epiſtolam miſerint, in qua profitentur, *Se Apoſtolica illa ſcripta, ,, tanquam ſymbolum fidei ſuſcepiſſe, tabuliſque cordis adſcripſiſſe, ac te- ,, naci memoria commendaſſe, quò paratiores eſſent ad confundendos Hæ- ,, reticorum errores &c. Addunt præterea. Illi doctrina Apoſtolica debere ,, unumquemque fidelem, quòd conſtanter teneat, quòd credebat: debere etiam ,, infidelem, quòd à perfidia ſua, agnitâ veritate diſcedere & Apoſtolicæ inſti- ,, tutionis luce perfuſus, erroris ſui tenebras derelinquere valeat.*

,, Huic Epiſtolæ, quæ recipitur inter Epiſtolas S. Leonis poſt ,, quinquageſimam primam, Epiſcopi Galli numero quadraginta ,, quatuor ſubſcripſerunt:

,, Sequitur Tertiò ex eadem doctrina eos, qui Apoſtolicæ Se- ,, dis judicio in materia fidei damnati ſunt pro hæreticis haben- ,, dos eſſe. Sic S. Epiphanius Quartadecimanos à Victore Papa dam-

,, damnatos, cathalogo hæreticorum adſcripſit. "

,, Sic Vincentius Lirinenſis rebaptizantes, ſeu Agripinianos, ,, quorum doctrina à S. Stephano Papa damnata fuerat, hæreti- ,, cis annumeravit.

,, Sic S. Hieronymus, in Jovinianum, Vigilantium, alioſque ,, à ſolo Pontifice Romano damnatos, ut hæreticos invehitur.

,, Sic S. Auguſtinus poſt damnatam ab Innocentio Primo ,, Pelagii doctrinam, ipſum Pelagium, eiuſque aſſeclas, eiuſ- ,, modi doctrinam pertinaciter propugnantes, hæreticos paſſim in ,, libris adversùs eos editis appellat. Ex quibus patet, quàm verè ,, Ivo Carnotenſis Epiſcopus Epiſt. ad Richerium Senonenſem ,, Archiepiſ. dixerit, *Quòd Sedis Apoſtolicæ Iudiciis, & conſtitutionibus* ,, *(in materia fidei) contraire, planè ſit hæreticæ pravitatis notam incur-* ,, *rere.* Et parte 2. tract. 2. cap. 3. ſect. 5. § 1. & 2. multis probat, ,, in materia fidei, aliiſque rebus, quæ ad mores, & diſciplinam ,, Eccleſiaſticam pertinent, Romanum Pontificem, eſſe ſum- ,, mum Legiſlatorem, & Iudicem: illaque Concilia generalia ,, ſolummodò pro legitimis habenda eſſe, quæ Romani Ponti- ,, ficis authoritate congregantur, & in quibus perſe, vel per ,, Legatos præſidet, conſequenter & ab ipſo ſunt confirmata.

Recitatis hucuſque tot, tantiſque Galliarum Epiſcopis accen- ſendum quoque Mauleoſolenſem Apamiarum in Gallia Nar- bonenſi Antiſtitem, Henricum Spondanum, evincunt tum illa, quæ paulò ſuperiùs ex ipſo, & inferiùs art 2. & ſeq. deſcripta; tum ea, quæ ab eodem in obſervationibus ad Conſtantienſe, Baſileenſe, Florentinum. Lateranenſe, & Tri- dentinum, Concilia traduntur. Ut quid verò iis decerpendis excutiendiſque Epiſcoporum ſingulis diutiùs immoremur, quan- dò non Epiſcopi modò, verùm etiam Cardinales, & Archiepiſcopi Galliæ in Pariſienſi Urbe congregati ſcriptis ad Apoſtol. Sedem litteris palam profitentur, in controverſiis fidei ad naſcentes hæreſes opprimendas, erroreſque eliminandos, non alicuius Concilii, ſed unius Romani Pontificis iudicium eſſe neceſſarium, ac abundè ſufficere, ut per illud omnes ubique terrarum fideles ſine ulla hæſitatione, erroriſvè periculo ſecuri omnino reddantur? In iis, quas ad Innocentium X. dederunt toti 85. Antistites

ita perorant." Maiores cauſas ad ſedem Apoſtolicam referre,
,, ſolemnis Eccleſiæ mos eſt, quem fides Petri numquam de-
,, ficiens perpetuò retineri pro iure ſuo poſtulat. Æquiſſimæ huic
,, legi obſequentes, de graviſſimo circa Religionem negotio S.
,, Tuæ ſcribendum eſſe cenſuimus. Decennium eſt, ex quo ve-
,, hementiſſimis turbis Gallia magno noſtro mærore commove-
,, tur ob librum poſthumum, & doctrinam Reverendiſſ. Cornelii
,, Janſenii Iprenſis Epiſcopi, &c. Quamobrem flagitamus,
,, Beatiſſime Pater, ut clarâ firmâque, de propoſitionum iſtarum
,, ſenſu, prolatâ ſententiâ, cui Reverendiſſimus ipſe Ianſenius
,, morti proximus opus ſuum ſubiecit, caliginem omnem diſcu-
,, tias, animos fluctuantes componas, diſſidia prohibeas, Eccleſiæ
,, tranquillitatem, ſplendoremque reſtituas. Et in datis ad eumdem
Pariſiis die 15. Iulii 1653. Excitatæ in Belgio contentiones fla-
,, grabant etiam in Galliis, & latiſſimum incendium per Univerſas
,, Eccleſiæ partes minabantur, niſi peſti graſſanti, & certiſſimam
,, perniciem allaturæ obſtitiſſet Beatitud: Veſtræ indefeſſum ſtu-
,, dium, & ex altò petita poteſtas, quæ ſola acerrimam illam animo
,, rum colliſionem compeſcere poterat &c. Ut quemadmodum ad
,, Epiſcoporum Africæ relationem Innocentius I. Pelagianam hæ-
,, reſim damnavit, ſic ad Gallicanorum Epiſcoporum conſultatio-
,, nem, hæreſim ex adverſo Pelagianæ oppoſitam Innocentius ſuâ
,, authoritate proſcriberet &c. Perſpectum enim habet Eccle-
,, ſia Catholica, non ſolùm Chriſti D. N. pollicitatione Petro
,, facta, ſed etiam ex actis priorum Pontificum, & ex Anathe-
,, matiſmis adversùs Apollonarium, & Macedonium, nondum
,, ab ulla Synodo damnatos, à Damaſo paulò ante jactis, iudicia
,, pro ſancienda regula fidei à ſummis Pontificibus lata ſuper
,, Epiſcoporum conſultatione (ſive ſuam in actis relationis ſen-
,, tentiam ponant, ſive omittant pro ut eis collibuerit) divinâ
,, equè, ac ſummâ per univerſam Eccleſiam authoritate niti; cui
,, Chriſtiani omnes ex officio ipſius quoque mentis obſequium
,, præſtare teneantur. Eâ nos quoque ſententiâ, ac fide imbuti
,, Romanæ Eccleſiæ præſentem; quæ in ſummo Pontifice, Inno-
,, centio X. viget, authoritatem debitâ obſervantiâ colentes,
,, conſtitutionem divini Numinis inſtinctu a Beatitud. V. (Cu-
,, jus ore Petrus locutus eſt) conditam, in Eccleſiis, ac Diœceſibus

noſtris

„ noſtris promulgandam curabimus, atque illius executionem „ apud fideles populos urgebimus: ad quam Chriſtianiſſimus Rex „ noſter edicto ſuo ad nos dato conſtanter hortatur". Et in datis ad eumdem 1654. die 28. Martii. "Veteri fidei depoſito, „ cuius cuſtodia Cathedræ Petri à Chriſto concredita eſt, partem „ adimere tentant &c. Quam enim author ille uſurpatione privatâ „ novam doctrinam ſub ſpecie veteris inducebat, neceſſum fuit „ ut Apoſtolica Sedes iudicio lato ex publica, & antiqua Eccle- „ ſiæ traditione refelleret. Ne Chriſtianæ fidei doctrina pravis „ ab illo ſcriptore ad teſtimonia veterum Patrum, quos laudat, „ adhibitis interpretationibus obrueretur. Nihil quippe egit „ conſtitutione ſuâ Innocentius X. quàm ut authoritatis ſuæ „ præſidio antiquam fidem muniret." Denique in datis ad Alexandrum PP. VII. die 20. Feb. 1661. quibus & Cardinalis Mazarinus ſubſcripſit." Ad Petri Sedem, per Nos, accurrit „ Eccleſia Gallicana. Ad eam enim novimus referri debere, ut aie- „ bat Innocentius I. quod per totum mundum poſſit in omnibus „ Eccleſiis in commune prodeſſe &c. Quippe dedit Deus voci ſuæ „ vocem virtutis in Tua Beatitudine, quæ locuta eſt ſicut pote- „ ſtatem habens ad retundendos omnes impetus Ianſenianæ ſe- „ ctæ, editâ Tuâ conſtitutione, quam Epiſcopi Gallicani ſum- „ mâ erga Tuum Apoſtolatum reverentiâ receperunt (quem Va- „ lentinianus divinæ Fidei Principatum appellat,) & fidem expli- „ catam in illis quinque propoſitionibus non à Te inventam, ſed „ Tibi à Deo creditam &c. Te ſolum ſuſpicimus, tamquam Mon- „ tem coagulatum, Montem pinguem & inclamamus attendentes „ gregi noſtro. Nullum quippe novimus Montem coagulatum, „ quàm Apoſtolicum, ubi doctrina cæleſtis, ſicut lac parvulis „ benè autem valentibus tamquam ſolidus cibus miniſtratur. In „ hoc Monte Nos ipſi paſcimur Et quia in eo dominus docet, „ ſtatuimus ibi ſecundùm verba Tertulliani, finem quærendi, „ ſtationem credendi, expunctionem inveniendi.

Cum his porro conciliari quo pacto poſſit nupera Cleri Gallicani de Eccleſiaſtica poteſtate declaratio? Quod illi in Petri ſucceſſore, Romano Pontifice, ſuis cum Maioribus ſecundùm Eccleſiæ, fideique regulam recognoſcunt & venerantur, certum, firmum irrefor-

irreformabile ſuper fidei cauſis ſupremæ authoritatis iudicium, ac imperium, poſteri inficiantur, & circumſcribunt. Utris ergo adhærendum? Utris inſiſtendum? Ab his funditùs evertitur, quod ab illis in Catholicæ doctrinæ fundamentis ponitur. Eos hi articulos ſtabiliunt, & præſcribunt, quos illi Ianſeniſtis meritò attribuunt, & propter quos pro hæreticis paſſim habiti ſunt. Ingemiſceret hic Threniſonus. *Quomodo obſcuratum eſt aurum! Mutatus eſt color optimus! Diſperſi ſunt lapides in capite omnium platearum!* Quid enim? Cenſerentne iſti ad Sedem Apoſtolicam recurrendum, *Ut clarâ firmâque prolatâ ſententiâ caliginem diſcutiat &c*, ſi inutilem reddere repugnans aliquod valeat Synodale decretum? Profiterentur, *iſtam ex alto petitam poteſtatem, peſti graſſanti, & certiſſimam perniciem allaturæ obſtitiſſe, quæ ſola acerrimam illam animorum collisionem compeſcere poterat, & iudicia pro ſanciendâ regulâ fidei lata, divinâ æquè ac ſummâ per univerſam Eccleſiam authoritate niti*, ſi ea non ſint irreformabilia, niſi Eccleſiæ conſenſus acceſſerit? Affirmarent, *fidei cuſtodiam Cathedræ Petri à Chriſto concreditam, ut authoritatis ſuæ præſidio antiquam fidem muniat*, ſi in Petri ſucceſſore fides deficere, & authoritas falli poſſit, niſi Fratrum adminiculo fulciatur, & confirmetur? Ipſum *Solum ſuſpicerent tamquam Montem coagulatum, ubi doctrina cæleſtis miniſtratur, ubi & Paſtores ipſi paſcuntur*, ſi ſolidiſſima, ac immobilis Petra non eſſet, nec liquidò conſtaret ei uni ſummam incumbere univerſæ Eccleſiæ curam ab ipſo paſcendæ, edocendæ, & per certas infallibileſque veritatis vias deducendæ ad Chriſtum? Manet profectò inconcuſſa Nicolai PP. I. ſententia in Ep. 8. *Sedis Apoſtolicæ judicium à nemine eſt retractandum: nec cuiquam de eius licet judicare judicio: eius enim authoritate maior non eſt.*

DOCTORES PARISIENSES.

PORRO relictis tantiſper ſedibus Epiſcopalibus, Sorbonæ nunc conſulenda Sacra Subſellia: eorum præſertim, qui poſt Tridentinum ſcripſere Concilium. Stat illic à noſtris partibus adversùs Richerium, & Vigorium, infeſtos Pontificiæ Romanæ Majeſtatis, ac infallibilitatis hoſtes, celeberrimus ſupràque non ſemel nominatus Profeſſor Regius, ANDREAS DUVALLIUS,

magno

magno SS. Patrum, claſſicorum Authorum, & fortiſſimarum rationum præſidio invictè ſtipatus, & vibrata impugnantium tela validè elidens. Horſum præclarum ſuum, de ſuprema Romani
" Pontificis in Eccleſiam poteſtate" opus quadrifariam diſpar-
" titus, demonſtrat I. p. q. 2. 'Certum eſſe inter Catholicos, Su-
" premam poteſtatem Eccleſiaſticam ſeu regimen Eccleſiæ, Primò
" & per ſe eſſe Monarchicum Q. 3. Illam Pontifici Romano, non
" Eccleſiæ competere. Opinionem contendentium non Ponti-
" fici eam, ſed Eccleſiæ datam, tamquàm erroneam & hæreticam
" meritò condemnari. Q. 4. Petrum, poteſtatem Supremam à
" Chriſto accepiſſe his verbis *Paſce oves meas*. Q. 5. Supremum
" Monarcham eſſe Eccleſiæ eſſentialem, ideoque aliquem D.
" Petro in poteſtate Monarchica ſucceſſiſſe. P. 2 q. 2. Infalli-
" bilitatis Privilegium in decernenda fide, ad Petri ſucceſſores
" tranſiiſſe neque in ſolo D. Petro ſtetiſſe. Q. 7. In legibus ad
" mores fidelium, ſeu ſtatum univerſalis Eccleſiæ ſpectantibus,
" infallibilitatem non minùs, quàm in fidei definitionibus agnoſ-
" cere omnes Catholicos Doctores P. 3. q. 1. Poſſe ſummum
" Pontificem abſque ulla particulari Synodo, pro ſuæ poteſtatis
" Monarchicæ plenitudine, & errores damnare, & leges ferre,
" quæ in conſcientia fideles obligent. P. 4. q. 1. Synodorum
" generalium coactionem non eſſe abſolutè neceſſariam ad ex-
" tinguendas hæreſes. Cùm 300. annis, & ampliùs variæ hæreſes
" à Romanis Pontificibus extinctæ fuerint, & ipſi hæreſiarchæ
" condemnati. Q. 2. Eſſe de fide, ſolius Romani Pontificis eſſe,
" Concilium æcumenicum juridicè, & ex authoritate convo-
" care. Q. 4. Solum Pontificem Conciliis Oecumenicis per ſe,
" aut per Legatos non honorariè, ſed cum authoritate, quâ in
" omnes Epiſcopos pollet, præeſſe. q. 5. Primates, aut Archi-
" Epiſcopos, in Provincialibus Synodis, præſertim ubi de fide age-
" batur, Romani Pontificis confirmationem ſemper exoptaſſe,
" ratos, non aliter ſua decreta robur habere poſſe: & de Conci-
" liis Oecumenicis idem patere. Quæ enim Romani Pontificis
" confirmatione caruerunt, nullius unquam authoritatis, aut
" roboris extitiſſe: ut Ariminenſe Concilium 600. Epiſcoporum:
" his accedere continuam Eccleſiæ praxim, quâ hactenus omnia,

" & ſingula generalia Concilia Pontificis calculo approbata, &
" confirmata fuerunt."

Quæſtione autem 7. primæ Partis Vigorium referens." non
" minùs hæreticè, quàm temerè affirmantem, quòd Primatus Orbis
" ſummo Pontifici iure tantùm Eccleſiaſtico conveniat. Con-
" tra eam hæreſim hinc ſtatuit concluſionem. jure divino Prima-
" tus univerſæ Eccleſiæ Romano Pontifici convenit. Quæ con-
" cluſio clara eſt. & indubitata: ſupponendo 1. debuiſſe aliquem
" in ſupremo Pontificatu D. Petro ſuccedere, ut Eccleſia in
" eadem forma regiminis immutabiliter permaneat. Deinde nul-
" lum alium eſſe; qui Petro in ſummo Pontificatu, præter Roma-
" num Pontificem, ſucceſſerit. Quæ duo clara ſunt ex ſuperi-
" oribus. Ex his autem liquidò conſtat, eodem iure, quo Eccle-
" ſiam adminiſtravit Petrus, nempe divino, Romanum Pontifi-
" cem, ipſam nunc adminiſtrare. Ut enim Petrus non aliâ autho-
" ritate, quàm à Chriſto acceptâ Eccleſiam ſuo tempore guber-
" navit; ſic neque ſucceſſor eius, nempe Romanus Pontifex,
" aliâ, quàm Chriſti authoritate Eccleſiam reget. & gubernabit.
" Quod ex Patribus, Conciliis. decretis manifeſtiſſimè patet.
" Diſt. 22. Can. *Sacroſancta*, , & Can, *in novo* Diſt. 21. Quæ duo
" Anacleti decreta convellere voluit Vigorius fruſtra, ut
" ſupra demonſtravimus."

Nimirùm, Q. 6. ubi ait." Ad (veterum Pontificum decre-
" talia ſcripta) nihil aliud reſpondent Richerius, & vigorius."
" niſi cum Magdeburgenſibus, & aliis noſtri ſeculi hæreticis,
" has omnes Epiſtolas eſſe ſuppoſititias. Verum credibile non eſt,
" tam varias variorum Pontificum Epiſtolas, confictas eſſe. Etſi
" enim unam, aut alteram Epiſtolam confingere facile ſit, non
" tamen id de omnibus Pontificum Epiſtolis ſentiendum eſt.
" Equidem negare non poteſt Vigorius, quin illæ ſuperioribus
" ſeculis, maximè fuerint honoratæ, & inter Canones recenſitæ.
" Iſidorus ante mille annos in proæmio collectanei ſacrorum
" Conciliorum affirmat ſe ex Concilio 80. Epiſcoporum Ca-
" nones, ex Epiſtolis Clementis, Anacleti, Evariſti, & cæte-
" rorum Romanorum Pontificum, magna ex parte collegiſſe.
" Vetuſtum denique manuſcriptum libri Pontificalis, cuius me-

mini

" minit Turrianus cap. 20. lib. 5. contra Magdeburgenſes teſta-
" tur Anacletum duas decretales Epiſtolas, omni ſapientiâ plenas
" ſcripſiſſe.

Poſt hæc recenſitis tam ibid. quàm q. 7. quamplurium Summorum Pontificum, & SS. Patrum teſtimoniis ſubdit. "Atque ut alia magno numero à magnis Doctoribus collecta omittam, in Concilio Lateranenſi ex certiſſima, & ineffabili Eccleſiæ ſententia, Romana Eccleſia, Mater & Magiſtra omnium Eccleſiarum definitur." Concilii verba ſunt Cap. 5. *Eccleſia Romana diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet Principatum: utpote Mater univerſorum Chriſti fidelium & Magiſtra.* Hæc recitaverat q. 6. & adjunxerat Lugdunenſe" ſub Gregorio X. Romanum Pontificem declarans *Vicarium Ieſu Chriſti, ſucceſſorem Petri, Rectorem univerſalis Eccleſiæ, Gregis Dominici Directorem.* Et Florentinum ſub Eugenio IV. *Definiens, Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem, in Vniverſum orbem tenere Primatum.* Quibus Conciliis Græci cum Latinis interfuerunt, & cum eiſdem hanc veritatem probarunt.

" Partis 2. q. 1. & 2. reſolvit." Nemo negare poteſt, quin hæc propoſitio, quòd, Pontifex, ut Pontifex contra fidem poſſit decernere, viam faciat ad inobedientiam, occaſionemque præbeat dubitandi de multis, quæ iam toto orbe recepta ſunt, & à Pontifice iudicata, quod non vacat ſpecie aliquâ temeritatis. Abſolutè certum eſt, ſummum Pontificem, neque in fide, neque in moribus ex Cathedra decernendis errare poſſe. Laudabilis in Academia Pariſienſi viget conſuetudo, quâ Baccalaurei de quæſtionibus Theologicis ſolemniter reſponſuri, proteſtationes præmittunt, ſe nolle quicquam contra decreta S Matris Eccleſiæ, nec non Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Romanæ aſſerere, aut defendere. "Hanc autem infallibitatem D. Petro inprimis conceſſam fuiſſe ex Matth. 16. cap. ex Lucæ 22. & ex Ioannis ult. & quæſtione ſequenti, eam deinde Petri ſucceſſoribus meritò convenire, ex variis primùm Pontificibus, Martyrio, & Sanctitate claris, Lucio I. Felice I. Leone I. Agathone, Nicolao I. Leone IX. Innocentio III. Bonifacio II. Adriano I. tum ex Gallis dumtaxat Patribus,

Irenæo, Proſpero, Alcuino, Lanfranco, Anſelmo, Bernardo, denium rationibus Theologicis demonſtrat: quarum poſtrema eſt. " Dubia quædam ſuboriri poſſunt in Eccleſia, quibus niſi mature provideatur, in evidens errandi periculum adducitur. Ut ſi " dubium oriretur, an Euchariſtia eſſet Latriâ adoranda? An " uſus Calicis populo eſſet neceſſarius? Certè ſi Concilii gene" ralis definitio expectanda foret, ad longum tempus ceſſaret ,, iſtud juge ſacrificium, & populus à communione arceſſen,, dus eſſet: cùm non niſi poſt longum tempus Concilia genera,, lia celebrentur. Certum itaque eſt, in Pontifice infallibilem ,, decernendi authoritatem relucere, ejuſque definitiones, tam,, quam Spiritus Sancti Oracula ab omnibus Catholicis eſſe re,, cipienda.

Quamvis verò in quæſtionibus 7. & 8. quartæ partis ventilans diſceptationem, utrum Concilium Oecumenicum ſit ſupra Pontificem, vel è contra? Aſſerat neutram opinionem eſſe de fide, eamque in utramque partem diſputet, ac utriuſque fundamenta proponat, ad quæ ſuo ordine reſpondet; mentis ſuæ tamen ſententiam non obſcurè indicat, quando poſt medium quæſtionis 7. ingenuè, de opinione ſtatuente, Pontificem Concilio ſuperiorem, fatetur, "Totus orbis, exceptis pauculis ,, Doctoribus eam amplectitur, & præterea rationibus validiſſi,, mis, cùm ex ſcriptura, Conciliis, & Patribus, tum ex principiis ,, Theologiæ petitis confirmatur". Et ibid. ad calcem "opinionem, ,, quæ ſtat à parte Conciliorum, à temeritate inobedientiæ vix ,, poſſe excuſari. Fovet enim ut plurimùm inobedientiam, & ,, diſſidia multa, magnoſque tumultus in Eccleſia ſemper excita,, vit." Et in fine quæſtionis 8". Sententiam meam aliter, expri,, mere nolui, quàm quòd neutra eſſet hæretica, neutra erronea, ,, neutra in ratione opinionis temeraria. Quod mihi conſultius vi,, ſum eſt propter turbas, & contentiones nuperrimè in noſtra ,, Academia excitatas". Et q. 10. concluſione ſecundâ." In de,, terminatione fidei authoritativa, & judiciali, ut loquuntur, " id eſt, in eorum, quæ quiſque tenetur credere, determina,, tione, Concilium non eſt ſupra Papam. Quare in determina,, tione judiciali fidei, decretum Papæ Concilii decreto præpon-

derat.

„ derat. "Denique poſt tertiam concluſionem. "Cùm certum „ ſit, Pontificem ſeorſim à Concilio, vi orationis Chriſti, pri- „ vilegio infallibilitatis gaudere, neque verò, tam certò conſtet „ majorem Concilii partem contra minorem in definienda veri- „ tate prævalere, tunc ſententiæ Pontificis contra Concilii ma- „ jorem partem omninò adhærendum, & firmiter ſtandum eſſet." „ Et ibid. verſùs finem". Quamobrem Pontificis gravitas, & au- „ thoritas tanti in Conciliis ponderis eſſe debet, ut ſi ea adſit, „ pauci, ad verè, & judicialiter definiendum, ſufficiant: ſi deſit, „ nulli, quamtumlibet multi, ſatis eſſe poſſint.

Pari paſſu procedit MICHAEL MAUCLERUS Doctor Sorbonicus, tom. 1. de Monarchia divina, Eccleſiaſtica, & ſeculari Chriſtiana, per priores ſecundæ partis totos libros 4. ſignanter 3. cap. 1. docens. "Pontificem Romanum in Cathedra " S. Petri cum ſuprema Majeſtate ſedentem, parique dignitatis, " poteſtatiſque gradu, quo S. Petrus evectus eſt, potientem, ve- " rum totius Eccleſiæ Monarcham, Principemque cum plenitu- " dine poteſtatis, jure divino factum eſſe, quod neceſſariæ è Scri- " pturis ſanctis hauſtæ conſequentiæ declarabunt. Ut qui hanc " veritatis demonſtrationem improbare, ireque contra illam vo- " luerint inficias, hæreticæ pravitatis contagione ſordidati Ca- " tholicâ certitudine cenſeantur". Confirmat id cap. 2. per Conciliorum, & Sanctorum Canonum Sanctiones. Cap. 3. per rationum argumenta. c. 4. per c. 16. Matth. Cap. 5. per c. 22. Lucæ. Cap. 6. per c. 21. Joan. Cap. 7. per Imperatorum, Regum, Principumque Chriſtianorum confeſſiones. Cap. 8. per analogiam ad ſummum veteris legis Sacerdotem. Cap. 9 per Appellationes ab omnibus per mundum diffuſis Eccleſiis ad Apoſtolicam Romanam Sedem. Cap. 10. per geminum ei divinâ lege indultum privilegium, & quòd ab ejus ſententia nuſquam appellare fas ſit, nec de ea judicare. "Cùm enim qui judicat, ſit ſuperior, & qui " judicatur, inferior, abſurdum eſt, valdeque alienum à ratione, " judicioque communi, aſſerere, ab alio Papam, quamdiu Pon- " tificis ſecundùm Deum authoritate potitur, judicari poſſe: " cùm in hoc mundo majorem ſe non habeat. Unde in hiſtoria, " & actis Marcellini Papæ & martyris (qui mortis horrore thus

" idolis adoleverat, & poſtea facti pænitens ſe proprio ore ,, judicaverat) iſta meritò notantur. *Juſtè Marcellinus ore ſuo condemnatus eſt. Nemo enim unquam judicavit Pontificem. Quoniam prima Sedes non judicatur à quoquam.* Quod iteratum,& renovatum in ,, Concilio Romano 2. ſub Sylveſtro I. cap. 8. act. 1. & cap.20. ,, act. 2. &c. Huic ſententiæ doctrinæque Catholicæ de non ,, ſubjiciendo Romanum Pontificem, cujuſcumque in hoc mun- ,, do mortalis perſonæ, aut communitatis, quantumvis univerſæ ,, judicio Epiſcopi Liguriæ, Æmiliæ, Venetiarum,aliique,qui " Concilio 4. Romano ſub Symmacho I. interfuerunt, firmiter " adhærentes Eccleſiaſticâ ſinceritate ſubſcripſerunt, unâ voce " proclamantes,*Symmachi cauſam totam Dei judicio reſervamus*.Cap.11. per poteſtatem indicendi Concilia, eaque confirmandi annullandi, diſſolvendi. "Fuit enim ab omni ævo, tam proprium, " tam conſuetum, ac familiare, tamque divinâ authoritate fir- ,, matum Romano Pontifici, omnem Chriſti Eccleſiam gene- ,, ralibus Comitiis evocare in unum cœtum, congregationem- ,, que, quæ Concilia nominantur, ut numquam generales illæ ,, Synodi, convocatæ atque ſancitæ ſine Romani Pontificis " juſſu, atque imperio, à lapſu contra fidem, erroreque maxi- ,, mo immunes extitiſſe legantur &c. Omnia Eccleſiæ Concilia ,, à confirmatione Romani Pontificis habere firmitatem, Sancti ,, Patres non minùs verè, quàm ingenuè profitentur. Aliàs ,, nullis firmata viribus illa Synodus elangueſcet, ſicut cæteræ ,, tali Pontificiæ confirmationis robore deſtitutæ : ut S. Damaſus ,, Epiſtolâ ad Epiſcopos Illyrenſes apud Theodoretum lib. 2. Hi- ,, ſtor. c. 22. ſcripſerat. Et ſicut Concilia confimare, Pontificiæ ,, Dignitatis eſt, ſic & minùs benè geſta in illis diſſolvere, at- ,, que mutare, ut S. fecit Leo in Concilio Chalcedonenſi, & ,, alii. Cap. 16 pag. 454. "Quoniam Veritas Catholica om- ,, nes fideles inſtruit, Conciliorum virtutem, ac robur, ut in ,, perpetuò fidei, doctrinæque Chriſtianæ ſplendore firmiter in- ,, cedant, ab illo profluere, atque manare, pro quo rogavit ,, Chriſtus, ut non deficeret fides ejus. Neque quemquam ho- ,, minum, niſi qui è circo Chriſtianæ fidei in hæreticorum, ,, ſchiſmaticorumque caſtra tranſvolarint, eſſe credo, qui ge- ,, neralia Concilia à Romano Pontifice nec aggregata, nec ap-

probata

„ probata, in fide errare poſſe, non ingenuè fateatur. Hoc enim, „ effectu ipſo hujuſmodi Conciliorum, quæ nec Papa coegit, „ nec coacta confirmavit, errores nimiùm verè comprobarunt.

Libro 4. cap. 4. & 5. ex Canonibus, Sacrorum Conciliorum ſtatutis, & SS. Patrum documentis oſtendens Romano Pontifici ſupremum judicium determinandi ea, quæ fidei ſunt, deberi, hocquè ſolùm ſufficere, nec exſpectandam Eccleſiæ, vel Concilii eam repræſentantis ſententiam, pag. 501. & 502. affirmat." Profectò de fide eſt credendum, ut ad Romanum Pontificem fidei „ cauſæ dirimendæ, determinandæquè dirigantur. Propter quod „ ſemper fideles omnes in ſinu Eccleſiæ Matris enutriti, omnès „ illos pro hæreticis execrati ſunt, quos peſtis hæreticæ, erroris- „ qué fœtore contaminatos eſſe, hujus ſanctiſſimi Patris ſententia „ judicavit. Quòd ſi in condemnatione hæreticorum ſententia „ generalis Concilij ſemper eſſet expectanda, nec Romani Pon- „ tificis judicio in eorum reprobatione ſiſteretur, exſpectatio „ hæc non modò inanis & evanida, ſed ſæpiſſimè periculoſa, „ nec non Eccleſiæ Dei, pernicioſa foret. (cap. 6.) Huic ſu- „ premæ Maieſtati, & auctoritati Pontificiæ Chriſtus D. donum „ infallibilitatis voluit adjungere, ne in rebus fidei, morumquè „ diſciplina determinandis, ſtatuquè vniverſalis Eccleſiæ mode- „ rando Romanus Pontifex (ut paſtor vniverſalis Eccleſiæ, Vi- „ carius Chriſti D. ſicut fuit Petrus) falli aut fallere poſſit. „ Hinc eſt, quòd determinatio, ac judicium Romani Pontificis, „ in his, quæ fidem, moreſquè tangunt, certum nobis Canonem, „ ac regulam fideliter exibeant, quo inſtructi, & informati, mini- „ mè in fide errare valeamus. Unde illud eſt admirabile, & ſingu- „ lare: nullum hactenus omnium Pontificum, qui S. Petri Cat- „ hedræ præfuerunt, inventum eſſe, atque repertum, qui quam- „ vis vitâ privatâ corruptus, minimèque in rectitudine vitæ, „ morumque ſapienter incedens, in definiendis fidei controver- „ ſiis, decernendiſque de ea ſtatutis, errore confoſſus hæretico à „ Catholicæ recto tramite veritatis exorbitaverit. Quod profectò „ aliunde manare non poteſt, niſi quòd ipſe gregis Chriſtiani „ Paſtor, fidelis populi Princeps, in ſolio ſedens Apoſtolico. „ ſingulari Dei Privilegio communiatur, ſeptuſque divinâ vir-

„tute corroboretur, ne in talibus fidei, morumque decretis „hallucinari decipi, ac fallere poſſit. Propterea ex omnibus „orbis Chriſtiani partibus, & oris, de fidei controverſiis ab „omni vetuſtatis Eccleſiaſticæ tempore conſultationes ad „Apoſtolicum Pontificis Romani tribunal directas fuiſſe, Sacro„rum Annalium hiſtorias replicando cognovimus. Et ſi SS. „Patrum vetera rimemur, inquiramuſque monumenta, omnes „unanimi conſenſione fidei ſtabilitatem, ac infallibile de rebus „Catholicæ Religionis iudicium S. Petro datum à Deo ad Ro„manos Pontifices tamquam legitimos ipſius ſucceſſores perti„nere, firmiter aſſeverantes audiemus &c.

Prædictis ſubſcribunt, P. MATTHIAS A CORONA Carmelitani Ordinis eximium decus, & Sorbonæ Doctor lib. de poteſt. Sedis Apoſtolicæ tract. 2. cap. 16. Ubi mentionem faciens civilis cuiuſdam, adeoque incompetentis edicti, ſummum Pontificem ſupremæ poteſtatis, ac infallibilitatis prærogativâ exuentis, diſertè cenſet, illud" non tantùm iniurioſum Sedi Apoſtolicæ, „ſed etiam ſcripturæ ſacræ, organo ſpiritus S. Conciliis, Clero, „Gallicanæ Eccleſiæ Patribus, qui omni ſeculo floruerunt, Doc„toribus Primariis Univerſitatis Pariſienſis, qui ſuâ doctrinâ „orbem univerſum illuſtrarunt." JACOBUS VERNANTIUS lib. cui Gallici idiomatis titulus." defenſio authoritatis S. D. N. „Papæ, DD. Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & „miniſterii Religioſorum Mendicantium contra errores huius „temporis." In cuius Epiſtola dedicatoria ait," Unius eſt ſummi „mi Pontificis, emergentia circa fidem dubia infallibilis veritatis „oraculo tollere, & explanare, nec continuò indictis ad hoc „ipſum Conciliis. Quorum definitiones probat, leges explicat, „temperat, & quando ita expoſcit ratio temporis, & Eccleſiæ „bonum, per contrarias penitùs abrogat. Et pag. 144. Omnia „diſſidia, quæ in Eccleſia oriuntur, terminat, & decidit in„fallibiliter Romana Eccleſia; eò quòd in ſuis iudiciis nequeat „errare Papa, quando ut Vicarius Chriſti aliquem fidei articulum „proponit univerſaliter à tota Eccleſia recipiendum &c. Prodiit quidem in illum prætenſa quædam cenſura ſub nomine Facultatis Theologicæ Pariſienſis, ſed eam Alexander VII. anno 1665. ſept. kalend.

kalend. Julii motu proprio, ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeveriſſimè damnavit, caſſavit, & irritavit. Inſuper eam ſequi, defendere, docere, allegare, omnibus Chriſti fidelibus, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, aut aliâ maiori dignitate ſuffultis prohibuit ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, & Apoſtolicæ Sedi reſervatæ. Præterquam quòd ſatis conſtet, plures Doctorum animadvertentes nimiam animoſitatem, & paſſionem eorum, qui in dicti libri condemnationem conſpiraverant, intereſſe congregationi, & determinationi recuſaſſe: aliquos etiam in favorem libri proloquentes taliter exceptos fuiſſe, ut à poſterioribus conceſſibus ſeſe abſentaverint.

Sorbonæ alumnus, Profeſſorque ac ſubpænitentiarius, D. Baillius tom. 1. compend. Concilior. tract. de triplici verbo Dei, quærens. "An extra Concilia generalia, nulla ſit certa definitio in rebus fidei?" Reſpondet. " Si in condemnatione hæreſum, " ac in fide, quam univerſæ proponunt Eccleſiæ Summi Ponti- " fices, errare valeant, inde conſequi. Fideles Chriſtianos " ſæpiùs in errore fuiſſe. " Cùm prima ſecula Eccleſiæ ſinè Con- " ciliis generalibus extiterint. Propterea melius cenſent alii, à " Chriſto proviſum eſſe Eccleſiæ, dum aſſerunt, ſummum Ponti- " ficem, loquentem de rebus fidei ex Cathedra, nec falli, nec " fallere." Et tit." Quæ authoritas Concilii generalis ſupra Pro- " vincialia? " Summi Pontificis eſt, dirigere Concilium, ea pro- " ponere, quæ tractanda ſunt, iudicanda, & definienda, eadem " definita confirmare: cùm robur, & poteſtas Concilii ab eo " dependeat". Hocque roborat ad quæſt. 56. hanc. Utrum Patres " exiſtentes in Concilio univerſali poſſint aliquid ſtatuere ſine " authoritate Papæ, per S. Thomam in tract. contra impugnan- " tes religionem; ubi dicit. Quòd Sancti Patres nihil ſtatuere " poſſint, niſi authoritate ſummi Pontificis interveniente." Item & Franciscus Macedo, Chriſtianiſſimorum Regum Concionator, & Conſiliarius in teſſera Romana, q. 5. a. I." " Cenſeo," inquit, qui abſolutè neget infallibilem eſſe Papæ ex " Cathedra definientis authoritatem, ac definitis non credat, " eum haud dubiè errare in fide, & ſi in errore obſtinatus perſe-

veret

„ ſeveret, hæreticum fore; Et fidenter aſſero, peſtem eos Ec-
„ cleſiæ, ac perniciem adferre, qui aut negant Roman. Ponti-
„ ficem Petro in fidei doctrinæque authoritate ſuccedere; aut
„ certe adſtruunt, ſummum eccleſiæ Paſtorem errare in fidei
„ judicio poſſe".

SORBONÆ FACULTAS.

QUid pluribus opus? Aliquot potiùs ipſiusmet Sorbonici Senatus conſulta tam antiqua, quàm nova recoluiſſe juvabit. Dederat ei examinandos articulos ſibi à Lutheranis oblatos, Rex Chriſtianiſſimus Franciſcus I. Eis, quam merebantur, notam impreſſit Theologica iſta Facultas, Regique interrogationes ſuggeſſit, quibus explorandi forent Lutheri ſequaces, & ſtudioſi in Gallias dimiſſi. Inter quas, hæc una eſt. "Petatur ab illis Germanis erroneis, utrum velint fidem ſummorum Pontificum Canonibus atque „ decretis adhibere, eiſque, ut fideles omnes decet, obedire, „ quibus uviverſalis Eccleſia toto orbe diffuſa paret, & obtemperat". Ad fidem autem adhibendam, præſtandamque obedientiam Summorum Pontificum definitionibus minimè obligarentur, niſi in concernentibus fidem, morumque diſciplinam, eſſent notpriè infallibiles, quando ut Chriſti Domini Vicarii, Petrique ſucceſſores de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine pronuntiant, vel ſi ipſorum judicium foret retractabile, ac reformabile. Elapſo exinde 20. annorum curriculo, juſſa eſt dicta Facultas per Senatum Regium maturè expendere diplomata Pontificia in favorem PP. Jeſuitarum à Paulo III. & Julio III. data. Indictis eam ob cauſam ſolemnibus in Sorbonæ collegio comitiis, deliberationi talis præmiſſa fuit proteſtatio." Antequam ipſa Theologiæ Facultas tanta de re tantique ponderis „ tractare incipiat, omnes & ſinguli Magiſtri palàm, apertoque „ ore profeſſi ſunt; nihil ſe adversùs ſummorum Pontificum " authoritatem, & poteſtatem aut decernere, aut moliri, aut „ etiam cogitare velle. Imò verò omnes, & ſinguli, ut obe-

dientiæ

„ dientiæ filii ipſum Romanum Pontificem & Univerſalem
„ Chriſti Ieſu Vicarium, & vniverſalem Eccleſiæ Paſtorem, cui ple-
„ nitudo poteſtatis à Chriſto data ſit, cui omnes utriuq; ſexus obedire,
„ cuius decreta venerari, & pro ſe quiſque tueri, & obſervare tene-
„ antur, ut ſemper agnoverunt & confeſſi ſunt, ita nunc quoque ſin-
cerè, fideliter, & libenter agnoſcunt & confitentur." Qui Roma-
num Pontificem profitetur ſummum & univerſalem Chriſti D. Vica-
rium, & univerſalem Eccleſiæ Paſtorem, cui plenitudo poteſtatis à
Chriſto data ſit; nonne ſatis apertè & ſummum ipſius ſuper Univer-
ſam Eccleſiam adeoque & ſuper quamcumque OEcumenicam Syno-
dum, quæ Eccleſiam repræſentat, Principatum, ac eam poteſtatis ple-
nitudinem confitetur & recognoſcit, quæ extra omne errandi periculum
ſit, ut cuncti fideles & Catholicorum cœtus eis in fidei cauſis judicia &
decreta venerari abſque ulla hæſitatione, ac obſervare teneantur?
Clarius adhuc id expreſſit eadem facultas, quando in generali Sorbonæ
Conventu Maleſoni errores proſcribens (ut in libel: cui titulus, de-
creta, ſeu concluſiones Facultatis Theol: Pariſiens: legere eſt) edixit
„ ad S. Sedem Apoſtol. pertinet Authoritate judiciali ſuprema circa ea,
„ quæ ſunt fidei, judicialiter definire, ex eo, quod fides nunquam ex vi
„ promiſſionis Chriſti Petro factæ, potuerit deficere." Negabat A°44.
huius ſæculi quidam Thophylus Brachet in fidei controverſiis ad Apo-
ſtolicam Sedem eſſe recurrendum, extra generalem ſynodum; eo quod
ipſius in fide definitiones non ſint infallibiles niſi in concilio univer-
ſali. Quid ad hoc Sorbona? Cenſuram illicò expedivit ita decernens "
„ Hæ propoſitiones in quantum infallibilitatem Eccleſiæ univerſali
„ in nullo alio ſtatu, quam in Concilio OEcumenico congregatæ tri-
„ buunt, temerariæ ſunt, & ipſi Eccleſiæ injurioſæ & hæreticæ" Igitur
& ſeorſim ab OEcumenico Concilio Apoſtolico univerſalis Eccleſiæ
Caput infallibilitatis gaudet prærogativa. Denique anni proximè elapſi
63. die 9. Feb." Habita ſunt comitia extraordinaria Facultatis The-
„ ologicæ Pariſienſis in aula Collegii Sorbonæ; in quibus cenſuit Fa-
„ cultas, neceſſarium non eſſe abſolutè Concilium generale ad extir-
„ panda quælibet ſchiſmata, & quaſlibet hæreſes, verbi gratia, Pela-
„ gianam & Ianſenianam, quas conſtat ſufficienter extinctas abſque
„ Concilio generali"

Luculenta adeò tantorum in Galliæ Regno & Lijcæo virorum

Epiſcoporũ, Patrum ac Theologorum documenta ſi nuperæ Gallicani Cleri Congregationi tantiſper libuiſſet explorare tam procul à Catholicæ veritatis Tramite haud deflexiſſet. Nec illi ſeſe expoſuiſſet quærelæ quam Card. Sadoletus, aliquando ad Senat. Populumq; Genevenſem ſcripſit " Novi recenteſque venerunt, quos non coluerunt Patres
" veſtri. Hi nova commovere, vetera labefactare, Eccleſiam redar-
" guere, obedientiam, quam nos illi præbemus, eripere conantur. In
" eo tamen conſtantes eſſe volumus, quod à Patribus noſtris & à
" communi ſanctiſſimorum doctiſſimorumque Patrum conſenſu iam
" inde antiquitùs in Eccleſia fuit obſervatum, & traditum." Unde prodictorum hactenus coronide etiam licebit hic adijcere parænesim (in ſectarios ſaltem valituram præfatâ declaratione tumentes) quâ Cypriorum Epiſcoporum nomine, Metropolita Sergius Theodorum P. P. alloquitur. *Firmamentum à Deo fixum, & immobile atque tituli formam lucidiſſimam fidei veſtram Apoſtolicam, Sedem conſtituit, ô ſacer vertex! Chriſtus Deus noſter. Tu es enim Petrus, &c. Tu profanarum hæreſum depoſitor exiſtis, ut Princeps, & Doctor Orthodoxæ & immaculatæ fidei. Igitur non deſpicias Patrum tuorum Pater, fidem æſtuantem, & aliquibus hæreticis ventis violentatam, nec non periclitantem. Reſolve nebulam inſipientium, lumine tuæ divinæ ſcientiæ ô Sanctiſſime! abſcinde blaſphemias, & iactantiam vaniloquiorum, noviter emergentium hæreticorum.*

ART. II.

Synodi conſtantienſis decreta de authoritate Conciliorum generalium; quæ ſeßione 4. & 5. continentur nec à Sede Apoſtolica ſunt comprobata, neque Romanorum Pontificum aut totius Eccleſiæ uſu confirmata, nec ab Eccleſia Gallicana, perpetuá religione cuſtodita, jmo è contra nullius ſunt authoritatis, uti nec decreta Conciliabuli Baſilienſis. Sed præter alia concilia authentica etiam Tridentinum palam ſtetit pro ſupremâ Summi Pontificis poteſtate.

Quæ

QUæ priore tractatu de Concilio Conſtantienſi pariter & Baſileenſi poſita ſunt, ſufficere poſſint ad fidem faciendam animis nullo præjudicio occupatis. Non enim obſcura res eſt vel perplexa, perquirentibus ſincero ſtudio veritatem. Sed quia oculis ægris odioſa lux, quos vel ambitionis vel æmulationis fucus infecit, quique, dum emicantem ex ſublimi S. Petri ſolio, velut ex ipſo ſolis Æpicyclo, ſuper univerſum Chriſtianum Orbem Apoſtolicæ Majeſtatis fulgorem ferre non ſuſtinent, nebulas effundere, reſtringere, ad ſeſſiones quaſdam coarctare, ac ſynodorum ſubiicere ſubſelliis improbo molimine ſata unt, ſatis ſentiunt equidem, nullum aliud ſibi ad tantum opus ſupereſſe ſundamentum ac ſubſidium, quàm in uno Conſtantienſi Concilio, ſeu potius prioribus exordii ejus partibus: eam ob cauſam ſeſſionis 4. ac 5. decreta velut omnino Orthodoxa eripi ſibi nullo pacto patiuntur, tantâque paſſione judicium obruunt; ut advertere nolint, à quibus, quâ authoritate, quando & pro quo tempore, in quem finem, & quo bona iſta decreta ſint condita. Quæ omnia eximiorum Virorum omnique exceptione majorum fide tenemus, in quibus nec illibatam integritatem quis carpat, nec aut raram ſcientiam aut pietatem deſideret. Ipſe cum primis Pariſienſis Cancellarius, quem illi pro Coriphæo habent, in dictorum teſtem irrefragabilem adducitur à Caſabutio in hiſtoria Concilii Conſtantienſis n. 13." „Ioannes Gerſon (inquit) aſcenſo ſuggeſtu luculentum ſermonem „habuit, qui extat inter ejus impreſſa, quo Concilii generalis authoritatem aſſeruit ſupra Papam, non utique abſolutè, ſed caſualiter; „ut ipſe loquitur: ſcilicet in extremis Eccleſiæ neceſſitatibus, qua„lis tunc occurrebat in dubio de vero Pontifice inter plures con„tendentes." Gerſoni contemporaneus Ioannes à Turrecremata ex S. Prædicatorum Ordine, quem ſingularis eruditio & virtus optimè meritâ Romanæ Eccleſiæ purpurâ exornavit, dum adhuc Apoſtolici Palatii Magiſter in œcumenica Synodo Florentina juſſus eſt ab Eugenio P.P. IV. Baſileenſium Oratori ac defenſori acerrimo reſpondere, prolixam ſed præſtantiſſimam Apologiam, ita eſt auſpicatus. „Præfatus „Dominus arbitratus quòd prima propoſitio Baſileenſium non poſſet „tangi actu reprobationis & condemnationis, niſi pariter decretum „Conſtantienſe de poteſtate Concilii ſuper Papam tangeretur; conſi„deravit quinque partes in decreto illo, ſecundum quas primum arti-

„ culum ſuum in quinque partes ſubdiſtinxit. Prima pars illius decreti
„ Conſtantienſis eſt quod ipſa ſynodus in Spiritu Sancto legitimè
„ congregata, & generale concilium faciens Eccleſiam Catholicam re-
„ præſentat. Pro huius partis probatione inducti eſt epiſtola illa Do-
„ mini Martini V. quam, probante univerſo Concilio Conſtantienſi
„ editam, ad Germaniæ Prælatos direxit: in qua inter cætera inter-
„ rogatoria, quæ fienda inſtituit captis hæreticis, ſuſpectis de erroribus
„ damnatæ memoriæ Io.: Wichlef & Io. Huſſ, jubetur, ut hæreti-
„ cus talis interrogetur: utrum credat, teneat & aſſerat, quod quod-
„ libet concilium generale, & etiam Conſtantienſe, univerſalem Ec-
„ cleſiam repræſentet.

„ Dicimus inprimis; quòd pars huius Decreti non poteſt habere ra-
„ tionem veritatis fidei: primò: quia, exploratiſſimum eſt, quòd
„ D. Balthaſar in ſua obedientia, Ioannes XXIII. vocatus, cuius
„ authoritate congregatio illa facta eſt, & legitima eſſe deſcribitur,
„ fuerit ſummus Pontifex in Eccleſia, verus Chriſti Vicarius, Caput S.
„ Eccleſiæ Catholicæ, non habet eam certitudinem indubitatam apud
„ omnium fidelium animos, qualem veritas Catholicæ fidei importat.
„ *Nihil enim certius fide*, ait Gregor. ſuper Ezech. & ut etiam ait Au-
„ guſtinus *nihil eſt certius homini ſuâ fide.* Secundò: quia quod obedi-
„ entia præſati Ioannis XXIII. quæ Conſtantiæ congregata, præfa-
„ tum decretum, ante unionem Eccleſiæ edidit, ſola præter alias
„ obedientias, legitimam Synodum univerſalem conſtitueret, &
„ Chriſti univerſalem Eccleſiam repræſentaret, non habet veritatem
„ catholicæ fidei, ut manifeſtum eſt. Tertiò: quia illud non poteſt
„ habere rationem veritatis Catholicæ, cui in ipſa unione Eccleſiæ,
„ duæ aliæ obedientiæ, Gregorii videlicet, & Benedicti apertiſſimè
„ in plena congregatione contradixerunt, & eorum contradictio fuit
„ acceptata. Contradixit inprimis D. Gregorius in ſua obedientia vo-
„ catus, verum Romanum Pontificem verbo, & ſcripto ſe aſſerens,
„ parti illius decreti, in qua dicitur, quod congregatio Patrum quæ
„ ſub obedientia Ioannis, Conſtantiæ convenerat, ſi legitimè con-
„ gregata eſſet, generale Concilium faceret, Eccleſiam Catholicam
„ repræſentans. Quare, ut clariſſimum eſt ex geſtis, illius Concilii,
„ mittens idem D. Gregorius poſt oratores ſuos ad conſtantiam, com-
„ mittit eis, videlicet D. Cardinali Sancti Xiſti, & D. Ioanni Cle-

„ rico, Patriarchæ Conſtantinopolitano, & D. Archiepiſcopo Tre-
„ virenſi, & D. Comiti Palatino, & D. Carolo de Malateſtis, aut-
„ horitatem, congregationem ipſam Conſtantiæ, inquantùm per ſe-
„ renitatem Regiam & non per Balthaſarem, ſe nuncupari facientem,
„ Ioannem XXIII. vocatam, vice ſuâ convocandi, & authorizandi
„ in generale Concilium: remotâ tamen omnimodè dicti Balthaſa-
„ ris præſidentiâ & præſentiâ ab eiſdem &c. Verba ſunt formalia
„ Bullæ, datæ authoritatis præfatis oratoribus, quæ inſerta eſt geſtis
„ præfati Concilii. Quod autem hæc verba, & geſta D. Gregorii præ-
„ fato decreto Conſtantienſi contradicant, manifeſtum eſt. Contra-
„ dixit præterea eidem decreto obedientia Dominorum Regum, &
„ Principum, qui Petro de Luna, Benedicto XIII. nuncupato, tam-
„ quam vero Summo Pontifici adhærebant. Nam ex geſtis eiuſdem
„ Concilii patet, pro eo, quod tenebant, præfatos Patres Conſtan-
„ tiæ congregatos non facere Concilium univerſale, nec Eccleſiam
„ catholicam repræſentare voluerunt, iuxta compactata in Narbona
„ cum bonæ memoriæ D. Imperatore Sigiſmundo, ut nova fieret in
„ Eccleſia per eos Concilii convocatio, ſicut & factum eſt. ex qua
„ hora tantùm, cum jam omnes tres obedientiæ ſimul eſſent, habita
„ eſt certitudo & fides apud omnes, univerſale concilium conſtantiæ
„ celebrari, & Eccleſiam repræſentare Catholicam. Quare, cum
„ fuerit dubium tempore ſchiſmatis, apud quos vera Eccleſia eſſet,
„ quam ſupra cathedram Petri, Hieronimus dicit eſſe fundatam, in c.
„ *Quoniam vetus oriens*: & in Sedis Appſtolicæ radice Auguſtinus dicit
„ conſtitutam, in c *Pudenda* 24.q.1., non poteſt dici ad veritatem
„ Catholicæ fidei pertinere, congregationem illam ſub obedientia
„ dicti Ioannis XXIII. Conſtantiæ congregatam, pro tempore illo,
„ quo præfatum decretum de poteſtate conciliorum edidit, Concilium
„ facere generale, & Eccleſiam Catholicam repreſentare, ſine in-
„ ſupportabili ſcandalo aliarum obedientiarum. Unde quod D. Mar-
„ tinus dicit in Epiſtola allegata per Reverendiſſimum Dominum
„ meum, referendum eſt non ad tempus ſchiſmatis, quo ſola obedi-
„ entia Ioannis Conſtantiæ conveniens, decretum illud edidit, ſed ad
„ tempus, in quo omnes obedientiæ pro unione Eccleſiæ facienda ſi-
„ mul convenerant.

„ Quâ parte ſic illuſtratâ, non eſſet iam opus cæteras præfati decreti

 partes

„ culum ſuum in quinque partes ſubdiſtinxit. Prima pars illius decreti „ Conſtantienſis eſt quod ipſa ſynodus in Spiritu Sancto legitimè „ congregata, & generale concilium faciens Eccleſiam Catholicam re- „ præſentat. Pro huius partis probatione inducti eſt epiſtola illa Do- „ mini Martini V. quam, probante univerſo Concilio Conſtantienſi „ editam, ad Germaniæ Prælatos direxit: in qua inter cætera inter- „ rogatoria, quæ fienda inſtituit captis hæreticis, ſuſpectis de erroribus „ damnatæ memoriæ Io.: Wichlef & Io. Huſſ, jubetur, ut hæreti- „ cus talis interrogetur: utrum credat, teneat & aſſerat, quod quod- „ libet concilium generale, & etiam Conſtantienſe, univerſalem Ec- „ cleſiam repræſentet.

„ Dicimus inprimis; quòd pars huius Decreti non poteſt habere ra- „ tionem veritatis fidei: primò: quia, exploratiſſimum eſt, quòd „ D. Balthaſar in ſua obedientia, Ioannes XXIII. vocatus, cuius „ authoritate congregatio illa facta eſt, & legitima eſſe deſcribitur, „ fuerit ſummus Pontifex in Eccleſia, verus Chriſti Vicarius, Caput S. „ Eccleſiæ Catholicæ, non habet eam certitudinem indubitatam apud „ omnium fidelium animos, qualem veritas Catholicæ fidei importat. „ *Nihil enim certius fide*, ait Gregor. ſuper Ezech. & ut etiam ait Au- „ guſtinus *nihil eſt certius homini ſuâ fide*. Secundò: quia quod obedi- „ entia præſati Ioannis XXIII. quæ Conſtantiæ congregata, præfa- „ tum decretum, ante unionem Eccleſiæ edidit, ſola præter alias „ obedientias, legitimam Synodum univerſalem conſtitueret, & „ Chriſti univerſalem Eccleſiam repræſentaret, non habet veritatem „ catholicæ fidei, ut manifeſtum eſt. Tertiò: quia illud non poteſt „ habere rationem veritatis Catholicæ, cui in ipſa unione Eccleſiæ, „ duæ aliæ obedientiæ, Gregorii videlicet, & Benedicti apertiſſimè „ in plena congregatione contradixerunt, & eorum contradictio fuit „ acceptata. Contradixit inprimis D. Gregorius in ſua obedientia vo- „ catus, verum Romanum Pontificem verbo, & ſcripto ſe aſſerens, „ parti illius decreti, in qua dicitur, quod congregatio Patrum quæ „ ſub obedientia Ioannis, Conſtantiæ convenerat, ſi legitimè con- „ gregata eſſet, generale Concilium faceret, Eccleſiam Catholicam „ repræſentans. Quare, ut clariſſimum eſt ex geſtis, illius Concilii, „ mittens idem D. Gregorius poſt oratores ſuos ad conſtantiam, com- „ mittit eis, videlicet D. Cardinali Sancti Xiſti, & D. Ioanni Cle-

rico

„rico, Patriarcæ Conſtantinopolitano, & D. Archiepiſcopo Tre-
„virenſi, & D. Comiti Palatino, & D. Carolo de Malateſtis, aut-
„horitatem, congregationem ipſam Conſtantiæ, inquantùm per ſe-
„renitatem Regiam & non per Balthaſarem, ſe nuncupari facientem,
„Ioannem XXIII. vocatam, vice ſuâ convocandi, & authorizandi
„in generale Concilium: remotâ tamen omnimodè dicti Balthaſa-
„ris præſidentiâ & præſentiâ ab eiſdem &c. Verba ſunt formalia
„Bullæ, datæ authoritatis præfatis oratoribus, quæ inſerta eſt geſtis
„præfati Concilii. Quod autem hæc verba, & geſta D. Gregorii præ-
„fato decreto Conſtantienſi contradicant, manifeſtum eſt. Contra-
„dixit præterea eidem decreto obedientia Dominorum Regum, &
„Principum, qui Petro de Luna, Benedicto XIII. nuncupato, tam-
„quam vero Summo Pontifici adhærebant. Nam ex geſtis eiuſdem
„Concilii patet, pro eo, quod tenebant, præfatos Patres Conſtan-
„tiæ congregatos non facere Concilium univerſale, nec Eccleſiam
„catholicam repræſentare voluerunt, iuxta compactata in Narbona
„cum bonæ memoriæ D. Imperatore Sigiſmundo, ut nova fieret in
„Eccleſia per eos Concilii convocatio, ſicut & factum eſt. ex qua
„hora tantùm, cum jam omnes tres obedientiæ ſimul eſſent, habita
„eſt certitudo & fides apud omnes, univerſale concilium conſtantiæ
„celebrari, & Eccleſiam repræſentare Catholicam. Quare, cum
„fuerit dubium tempore ſchiſmatis, apud quos vera Eccleſia eſſet,
„quam ſupra cathedram Petri, Hieronimus dicit eſſe fundatam, in c.
„*Quoniam vetus oriens*: & in Sedis Apoſtolicæ radice Auguſtinus dicit
„conſtitutam, in c *Pudenda* 24.q.1., non poteſt dici ad veritatem
„Catholicæ fidei pertinere, congregationem illam ſub obedientia
„dicti Ioannis XXIII. Conſtantiæ congregatam, pro tempore illo,
„quo præfatum decretum de poteſtate conciliorum edidit, Concilium
„facere generale, & Eccleſiam Catholicam repreſentare, ſine in-
„ſupportabili ſcandalo aliarum obedientiarum. Unde quod D. Mar-
„tinus dicit in Epiſtola allegata per Reverendiſſimum Dominum
„meum, referendum eſt non ad tempus ſchiſmatis, quo ſola obedi-
„entia Ioannis Conſtantiæ conveniens, decretum illud edidit, ſed ad
„tempus, in quo omnes obedientiæ pro unione Eccleſiæ faciendâ ſi-
„mul convenerant.

„Quâ parte ſic illuſtratâ, non eſſet iam opus cæteras præfati decreti

„ partes tangere; quoniam demonſtrato, non eſſe veritatem Catholicæ „ fidei, imò nec opinionem communem fidelium, Patres Conſtantiæ „ ſub obedientia dicti Ioannis XXIII. congregatos, pro tempore, „ quo declaratio illa de poteſtate Conciliorum ſupra Papam emanavit, „ fuiſſe Concilium univerſale, aut Eccleſiam repræſentare Catholi- „ cam, illicò ruit omnis authoritas & firmitas factæ declarationis. „ Quoniam iuxta B. Auguſtini ſententiam ad Hieron. *ſi dubitatio aut* „ *falſitas ad ſcripturas ſanctas admiſſa fuerit, nil profectò in eis remane-* „ *ret authoritatis.* Nihilominus, ut ad omnia, quæ tacta ſunt per Do- „ minum arguentem plena detur reſponſio, ad alias etiam partes præ- „ fati decreti, conſideratione noſtrâ tendamus. Dicitur autem in ſe- „ cunda parte prædicti decreti, quod ſynodus ipſa habet poteſtatem „ immediatè à Chriſto, cui quilibet cuiuſcumque dignitatis, etiamſi „ Papalis exiſtat, obedire tenetur. Hæc autem declaratio, cum ex ip- „ ſa verborum forma accipienda veniat de congregatione illa Patrum „ tempore ſchiſmatis Conſtantiæ ſub obedientia dicti Ioannis XXIII. „ congregata: clariſſimum eſt ex iam dictis, quod nullo modo poteſt „ habere rationem veritatis fidei catholicæ, nec communis opinionis „ omnium Catholicorum. Quoniam, quidquid ſit de fide, aut opinio- „ ne Patrum, qui præfatam declarationem ediderunt, Patres tamen „ & Principes aliarum duarum obedientiarum, ſcilicet Gregorii, & „ Benedicti, nec tenuerunt pro tunc, nec adhuc viventes tenent, quòd „ congregatio illa Patrum tempore ſchiſmatis ſub Ioanne, dicto XXIII „ Conſtantiæ celebrata, poteſtatem à Chriſto haberet immediatè, cui „ quilibet cuiuſcumque dignitatis exiſteret, obedire teneretur. Quibus „ rebus ſic exiſtentibus, temeraria planè nimis, & ſcandaloſa præ- „ ſumptio eſt, definire, decretum illud conſtantiæ, in hac parte ad „ veritatem Catholicæ fidei pertinere. Temeraria quidem definitio, „ quæ nec authoritate, nec ratione certâ probari poteſt: ſcandaloſa „ verò, quoniam ſicut per primam partem decreti, duæ aliæ obedi- „ entiæ concluduntur fuiſſe ſchiſmaticæ per c. *ſcire debes* 7. q. 1. & c. „ *Non vos* 23. q. 5. & per c. *pudenda* & c. *ſchiſma* 24. q. 1. ita per ſecun- „ dam partem hæreſi convincuntur infectæ, per c. *ſi qui presbyteri* „ diſt. 81. &c. c. *Arrecta* & c. *Alienus* 24. q. 1.

„ Viſo jam & clariſſimè demonſtrato, partem illam decreti Conſtan- „ tienſis, dicentem, Synodum habere poteſtatem immediatè à Chriſt,

nuloo

,, nullo modo dicendam eſſe, ad veritatem fidei Catholicæ pertinere,
,, intelligendo illam de congregatione illa quæ Conſtantiæ tempore
,, ſchiſmatis, ſub dicto Ioanne XXIII. convenit; reliquum eſt oſ-
,, tendere, quod etiam accipiendo partem illam de Synodo univerſali,
,, & indubitatâ Apoſtolicâ authoritate congregata, non ſit veritas fidei
,, Catholicæ, quod talis poteſtatem immediatè habeat à Chriſto, cui &c.
"Quod multipliciter oſtenditur: & primò ex geſtis, & declaratio-
,, nibus fidei in ipſo Conſtantienſi Concilio, factâ unione Eccleſiæ, con-
,, cluſis. Legimus enim inprimis in geſtis præfati Concilii, quod,
,, cum D. Martinus electus fuit in Romanum Pontificem, amplius
,, Synodus non eſt uſa nomine conſtituentis, aut definientis, ſed ipſe
,, D. Martinus omnia, Synodo approbante, ſtatuiſſe & diffiniviſſe
,, deſcribitur, morem in hoc ſecutus prædeceſſorum ſuorum, qui ſive
,, in materia fidei, ſive in materia ſchiſmatis, ſive reformationis Ec-
,, cleſiæ, ſoli in Conciliis univerſalibus, authoritate propriâ ſtatuiſſe,
,, & ſententiaſſe leguntur, ſicut ipſorum Conciliorum geſta in decre-
,, talibus, Clementinis, & extravagantibus incluſa, clariſſimâ luce
,, demonſtrant. Quod planè, minimè per tam glorioſos & doctos Ro-
,, manos Pontifices attentatum fuiſſet, nec ab ipſis univerſalibus Conci-
,, liis: ſi univerſale non à Papa, ſed immediatè à Chriſto poteſta-
,, tem haberet, in his quæ ſunt fidei & ſchiſmatis & reformationis Ec-
,, cleſiæ; & potiſſimum cum illa infallibilitate Iudicii, ſuperioritate
,, quam aiunt, authoritatis. Si enim Eccleſiaſtici cap. 11. in ſacra
,, Scriptura Spiritus Sanctus prohibet, in medio ſenum adoleſcentem
,, loqui; quanto magis prohibitum eſſe credimus, (utpote omni re-
,, prehenſione digniſſimum) ut quis judicio, authoritate & poteſtate
,, inferior, in medio congregationis ſenum totius Eccleſiæ, diffini-
,, endi & ſtatuendi ſibi aſſumat ſuperioritatem, & Principatum? cum
,, autem blaſphemia eſſet, dicere: Apoſtolicam Sedem, contra divi-
,, nam prohibitionem, hunc in Eccleſia, tanto tempore, ſibi uſurpaſſe
,, ſtatuendi, & diffiniendi, authoritatis principatum quæ c. *Arrecta*
,, 24. q. 1. per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apoſtolicæ Tradi-
,, tionis numquam errare probatur; ex ipſa practica Concilii univer-
,, ſalis apertiſſimè colligitur, quòd ſacra ipſa Synodus Conſtantienſis
,, ex omni parte Chriſtianitatis collecta non tenuit, ſicut non tenen-
,, dum eſt, ad veritatem fidei Catholicæ pertinere, quòd exiſtente in
Eccleſia

„ Eccleſia, uno & indubitato Pontifice Romano, Synodus univerſa-
„ lis poteſtatem habeat immediatè à Chriſto. Si verò dicatur, quòd
„ etiam Synodus legitur ſtatuere & diffinire, ſententiare & condem-
„ nare, ſicut patet ex multis capitulis in decreto: Reſpondetur primò:
„ quòd hoc legitur factum, quando Papa non fuit perſonaliter Con-
„ ciliis univerſalibus præſens. Secundò: quòd hoc facit ipſa Synodus,
„ non authoritate, quàm immediatè ſuſcipiat à Chriſto, ſed authori-
„ tate Romani Pontificis, ut dicit S. Thomas cuius verba in tractatu
„ contra impugnantes Religionem ſunt, quæ ſequuntur: *S. Patres in*
„ *Concilio congregati nihil ſtatuere potuiſſent, niſi authoritate Romani*
„ *Pontificis interveniente: ſine qua etiam Concilium congregari non poteſt.*
„ Hæc S. Tho. ubi nota; quod Sanctus iſte vult, quod authoritas Pa-
„ pæ, non ſolum reſpiciat convocationem, ſed quod Patribus con-
„ gregatis authoritatem tribuit diffiniendi & ſtatuendi. Præterea, hoc
„ idem notate in c. *Ita videtur* 25. q. 1. ubi dicitur. Quod ſummæ Se-
„ dis Pontifices, Canonibus, à ſe, vel ab aliis ſua authoritate conditis,
„ reverentiam exhibent, & eis ſe humiliando, ipſos cuſtodiunt, &
„ aliis obſervandos exhibent. Et manifeſtum eſt, quod de Canonibus
„ univerſalium Conciliorum loquatur.

Præterea, quod pars decreti Conſtantienſis dicens Synodum im-
„ mediatè à Chriſto habere poteſtatem &c. Non contineat veritatem
„ fidei catholicæ, manifeſtè oſtendunt duo articuli fidei in ipſa Syno-
„ do Conſtantienſi definiti: quę omnia habentur in epiſtola D. Mar-
„ tini, quam univerſo approbante Concilio editam Prælatis Alema-
„ niæ contra errore Wicleffiſtarum Ioan. Huſſ. direxit. Primus eſt:
„ quod Papa ſit Caput Eccleſiæ Catholicæ. Secundus, qui inter interro-
„ gatoria fienda hæreticis continetur, eſt: quod Papa canonicè electus
„ habeat authoritatem ſupremam in Eccleſia. Quod autem primus
„ articulus præfato decreto contradicat, patet manifeſtè. Quoniam,
„ ex hac propoſitione chriſtianæ fidei, quod Papa eſt Caput Sanctæ
„ Eccleſiæ Catholicæ, habetur, quod habitudo Papæ ad univerſam
„ Eccleſiam, & per conſequens, ad univerſale Concilium, illam re-
„ præſentans, ſit habitudo Capitis ad corpus. Sed ſic eſt, quod cor-
„ pus non niſi mediante capite recipit influxum virtutis, ſenſûs & mo-
„ tus, ut communis habet doctrina; ergo, cum hoc articulo ſive de-
„ finitione fidei, quòd Papa ſit Caput Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ

non

„ non poteſt ſtare, quòd Synodus corpus Eccleſiæ repræſentans, non „ mediante Papa, ſed immediatè à Chriſto poteſtatem regitivam & „ motivam ſuſcipiat. Conſequentia notiſſima eſt, & notum antecedens „ per proceſſum.

" Quod verò ſecundus Articulus præfato decreto etiam contradicat „ patet manifeſtè. Quoniam ſi à cunctis fidelibus indubitatâ fide „ credendum eſt quod Papa canonicè electus habeat ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei, de neceſſitate ſequitur, quod Concilium „ univerſale non habeat poteſtatem immediatè à Chriſto, cui ipſe „ Papa obedire tenetur, cum obedientiam inferiores ex ordine ſuperioribus tantùm debeant, ut in c. *Si obedientiam* diſt. 39. & c. *In his* „ *omnibus* diſt. 21. Si verò quis contentionis amator dicat, quòd hoc, „ quòd Papa dicitur habere ſupremam poteſtatem in Eccleſia, non ſit „ ſimpliciter accipiendum reſpectu univerſalis Eccleſiæ, ſed reſpectu „ tantùm ſingulorum Prælatorum in Eccleſia; animadvertat; ne volens vitare unum errorem, altero involvatur. Cùm enim ex ſuperiori articulo convincamur credere, quòd papa ſit Caput totius corporis Eccleſiæ, quia, Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ, & caput præſtantius ſit virtute & poteſtate, toto corpore, neceſſe eſt nos credere, quòd Papa habeat ſimpliciter poſt Chriſtum, cuius Vicarius eſt, „ ſupremam poteſtatem in tota Eccleſia, non tantùm reſpectu ſingulorum, ſed etiam reſpectu totius corporis Eccleſiæ.

„ Tertia pars decreti, eſt illa, ubi dicitur: quod quilibet cuiuſcumque dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, tenetur obedire Synodo „ univerſali in iis, quæ pertinent ad fidem. Poteſt autem pars illa, „ decreti ſic intellig ; quod quilibet Catholicus, etiamſi Papa, tenetur „ obedire, id eſt amplecti, & recipere ea, quæ Synodus juſſerit, quæ „ manifeſtè ad fidem pertinent, utpote in Sacra Scriptura expreſſa, „ aut per Eccleſiam univerſalem, aut per Apoſtolicam ſedem jam „ definita. Et in hoc ſenſu decretum illud in hac parte continet veritatem. Sed quod in hoc caſu teneatur Papa obedire Synodo, non ex „ aliqua ſuperioritate poteſtatis, quæ ſit in Synodo ſupra Papam. „ Quia in talibus ad fidem pertinentibus, obedire tenetur, nedum „ Synodo, ſed Apoſtolicæ Sedi talia docenti, quæ nullam habet ſuperioritatem reſpectu Papæ. Sed obedientia & reverentia iſta attenditur ratione materiæ fidei, quæ authoritatem ſupremam habet ex

„ parte Spiritûs S. à quo eſt omnis veritas. Secundò : pars illa decreti „ poteſt habere hunc ſenſum : quòd ſc. Papa teneatur ſtare & obedire „ definitionibus univerſalis Concilii in iis, quæ ad fidem pertinere „ ipſa Synodus definierit. In quo ſenſu, non videtur, quòd ita ſim- „ pliciter & indiſtinctè loquendo, pars illa decreti contineat verita- „ tem Catholicæ fidei. Quoniam, cùm Concilia univerſalia non ha- „ beant hoc privilegium in judicio fidei non errandi, quia quandoque „ leguntur erraſſe, ſicut manifeſtum eſt de Synodo univerſali 2. Ephe- „ ſina, nullo modo videtur aſſerendum, quod ſit veritas Catholicæ „ fidei, quòd ita indiſtinctè & ſimpliciter, quilibet fidelis, etiam „ Papa tenetur obedire Synodo univerſali, in his quæ pertinent ad fi- „ dem id eſt, quæ ipſa Synodus judicaverit, aut definierit pertinere. „ Quare neceſſariò ſenſus ille diſtinguendus eſt. Quoniam aut Syno- „ dus univerſalis aliquid definivit de fide, Apoſtolicâ Sede probante, „ & confirmante, quæ ut habetur in c. *Omnes* diſt. 22, Mater fidei „ appellatur, & tunc dicendum videtur, quòd decretum illud conti- „ tineat veritatem. Si verò contingat, quòd Synodus aliquid definiat, „ cui Apoſtolica, ſive Romana Eccleſia contradicat, ſicut factum eſt „ de univerſali Synodo Epheſina ſecunda : tunc manifeſtum eſt, quòd „ magis obediendum eſt definitioni Apoſtolicæ Sedis, quàm defini- „ tioni cuiuſcumque Synodalis congregationis. Vnde Glo. in c. *Quod- „ cunque* 24. q. 1. dicit. Credo quod ſententiæ totius Eccleſiæ præfe- „ renda ſit ſententia Romanæ Eccleſiæ; ſi in aliquo ſibi contradi- „ cant. *C. Hæc eſt fides Papa Beatiſſime.* Ead. Cau. & q.

„ Quarta pars decreti, facta per præfatum P. & D. opponentem, eſt „ illa, in qua dicitur. Quòd quilibet fidelis cuiuſcunque dignitatis, „ etiamſi Papalis exiſtat, tenetur obedire univerſali Synodo in his, „ quæ pertinent ad extirpationem ſchiſmatis, circa quam partem pri- „ mò conſiderandum eſt; quòd decretum Conſtantiæ editum, non „ loquitur de ſchiſmate quocumque, ſed tantùm de ſchiſmate, illo tem- „ pore currente, quo decretum eſt. Nam ſic ait. In his, *quæ pertinent „ ad extirpationem præſentis ſchiſmatis.* Quàm periculoſum autem & „ ſcandaloſum ſit, ſecundùm hunc ſenſum, quem forma huius de- „ creti prætendit, quòd ſit veritas Catholicæ fidei; quòd quilibet fi- „ delis in pertinentibus ad extirpationem illius ſchiſmatis, aut in qua- „ cumque alia re, teneatur obedire illi congregationi, quæ ſub

Joanne XXIII.

„ XXIII. dicto tempore ſchiſmatis, Conſtantiæ ſub nomine generalis „ Concilii convenit, patet manifeſtè, & in ſuperioribus perſpicuè oſtenſum eſt. Secundò accipiendo illud decretum de alio quocumque „ ſchiſmate, & de quacumque alia uniuerſali Synodo: non videtur eſſe „ veritas Catholicæ fidei; imò falſitas, quòd Papa, qui verus, & in„ dubitatus eſt, obedire teneretur univerſali Synodo, quæ pro extir„ pando ſchiſmate vellet diſponere de depoſitione ejus. Innumera „ ſchiſmata naſcerentur in Eccleſia &c.

„ Quinta pars decreti tacta, per præfatum D. Opponentem, eſt; „ quòd quilibet fidelis cujuſcumque ſtatus, dignitatis, etiamſi Papalis „ exiſtat tenetur obedire univerſali Synodo in his, quæ pertinent ad „ generalem reformationem Eccleſiæ in Capite, & in membris. Ad „ iſtam partem paucis reſpondetur dicendo. Quòd ſi ly tenetur obedire, „ intelligeretur, de honeſtate, non de neceſſitate, & ſic decretum „ verum eſſet. Non ſi tenor, & forma decreti neceſſitatem coerciti„ vam, & coactivam importarent. Propter quam cauſam omnino vi„ detur impoſsibile, ſacræ Scripturæ, & SS. Patrum ſententiis con„ ſideratis, quòd hæc pars decreti ſit veritas Catholicæ fidei. Videli„ cet, quòd Papa teneatur hoc modo obedire decretis, ſtatutis quibuſ„ cumque cujuſcumque Synodi univerſalis ad generalem reforma„ tionem pertinentibus univerſalis Eccleſiæ in capite, & in membris: „ ita quod Papa, illa non obſervans, per Concilium univerſale poſſet „ puniri; ſive judicari, aut deponi. Quoniam ex ſuperioribus, tam „ ex reprobatione aliarum partium præfati decreti, iuxta intelligen„ tiam, quam de eo Baſileenſes recipiunt, quam ex his quæ de prima„ tu Romani Pontificis dicta ſunt, & de Conciliorum dependentia à „ Sede Apoſtolica, manifeſtum videtur, ut etiam eſt communis do„ ctrina Theologorum, & Iuriſtarum &c. Eſtque contra rationem „ Paſtoris, ut oves, aut grex poteſtate ſuperior ſit ipſo Paſtore, quod „ contra inſtitutionem Chriſti, quâ Romanus Pontifex conſtitutus eſt „ Paſtor & Rector totius gregis Dominici, ſit pars prædicti decreti. „ Ex quibus omnibus patet, quod decretum illud per Patres obedien„ tiæ Ioannis 23. dicti, Conſtantiæ editum, non contineat veritatem „ fidei catholicæ, imò errorem, & impietatem.

„ Sequitur ſecundus articulus propoſitionis factæ per D. Opponen„ tem in quo niſus eſt duplici viâ perſuadere, quod propoſitio illa pri-

„ ma Baſileenſium de poteſtate univerſalis Concilii ſupra Papam ; „ quam veritatem catholicæ fidei vocant , quæ ſuperius poſita eſt , „ non condemnaretur. Et prima via ſumpta eſt ex parte Patrum , qui „ decretum illud Conſtantiæ ediderunt : ſecunda ex parte eorum Pa- „ trum , qui illud Baſileæ renovarunt. Circa primam viam , prima „ ratio , ſi benè mente tenui , fuit , quia non poterat condemnari ſine „ offenſa & ſcandalo Concilii Conſtantienſis , quod decretum præ- „ fatum de poteſtate Concilii univerſalis ſupra Papam edidit.

„ Ad iſtam rationem reſpondetur. Quod, ſalvâ pace, numquam Con- „ cilium univerſale Conſtantienſe tale decretum edidit. Undè ex hac „ parte dicimus , Baſileenſes falſum dixiſſe in propoſitione illa prima : „ præſupponendo quod Conſtantiæ per univerſale Concilium , Uni- „ verſalem Eccleſiam repræſentans , fuerit illa ſuperioritas poteſtatis „ Concilii ſupra Papam declarata. Cum enim ſolùm pro tempore , „ quo tres obedientiæ fuerunt ſimul , congregatio illa fuerit indubitata „ Synodus generalis credita ; & non à tribus obedientiis decretum il- „ lud , ſed ab una tantum fuerit editum , ut ſæpe in exordio præſentis „ reſponſionis commemoratum eſt ; manifeſtè falſum eſt , quod præ- „ ſupponitur. Quod etiam ex alio colligitur. Nam tota Synodus ex tri- „ bus obedientiis aggregata , ſtatuto ſuo deſignare videtur , præfatum „ decretum numquam de mente ſua proceſſiſſe. Undè in ſeſſ. 36. ita „ dicitur. Sacroſancta Conſtantienſis Synodus &c. ſtatuit , & decre- „ vit : quod futurus Rom. Pontifex , per Dei gratiam de proximo „ aſſumendus , cum hoc Sacro Concilio vel deputandis per ſingulas „ Nationes , debet reformare Eccleſiam in capite Romanæ Curiæ „ ſecundùm æquitatem , & bonum regimen Eccleſiæ , antequam hoc „ Sacrum Concilium diſſolvatur ſupra materiis articulorum aliàs per „ Nationes in Reformatorio oblatorum , qui ſequuntur. Primò de „ numero , qualitate , & Natione Dominorum Cardinalium. Et infra „ in 13. articulo dicitur , propter quæ , & quomodo Papa poſſet cor- „ rigi , vel deponi. Ex quo inſtituto manifeſtè datur intelligi , quòd „ Synodus illa hoc decernens , non prius inſtituerit , aut decreverit , „ quod Papa non obediens , etiam incorrigibiliter , ſtatutis , mandatis „ & ordinationibus Concilii Univerſalis ex omnibus obedientiis Chri- „ ſtianitatis collecti , in pertinentibus ad fidem , & extirpationem ſciſma- „ tis , reformationem in capite & in membris , veniret per Concilium correa-

„ ctione pœnali puniendus, & maximè pœnâ depoſitionis: & præcipuè „eo conſiderato, quod nullus videatur poſſe dari caſus, qui non „ contineatur in prædictis.

" Secundo arguebatur per eumdem D. arguentem ſic: dato, ſi, ut „ verùm eſt, quod decretum illud factum fuiſſet, ab una obedientia „ tantum: nihilominus in illa erat major pars Eccleſiæ. Unde non vi„detur cautum, quòd decretum illud à tot Populis factum, condem„narctur ut hæreticum.

„ Ad hoc, licet plurima poſſent dici, tam circa præſuppoſitum, „quàm circa conſequentiam, reſpondetur breviter ſic Primò. Quòd „ non tractatur hìc, neque eſt de mente ſanctiſſimi D. N. quòd de„cretum illud Conſtantiæ factum per obedientiam Ioannis XXIII „ condemnetur ut hæreticum: quoniam arbitratur S. D. N. pro illo„rum Patrum reverentia, religione, & integritate, non alium ſenſum „ habuiſſe in illo decreto, (quidquid verba eius in ſono litteræ præ„tendant,) quàm ſancti Patres habuerunt: ſicut colligi poteſt ex re„verentia, obedienti, & profeſſione humilitatis, oſtenſis per eos D. „ Martino ſum. Pontifici electo per eos; qui mox ut creatus fuit, Ca„thedram ſumpſit judicii ſupremi: ipſe quidem diffinivit, ſtatuit ſin„gula Concilio ſacro approbante.

„ Præterea ipſi recognoſcentes decretorum ſuorum firmitatem ab „ Apoſtolica ſede pendere, confirmationem eorum à præfato Rom. „ Pontifice humiliter poſtularunt: per quæ omnia rectè ponderata, „ profitebantur Rom. Pontificem, ſuperiorem Synodo, non inferio„rem.

„ Sed tractatur nunc, quòd prima illa Baſileenſium propoſitio unâ „ cum aliis duabus, in quibus omnes conveniunt, pariter damnetur, „ ſicut jure damnanda eſt. Cùm manifeſtum ſit, illam ad eorum in„telligentiam, quam verbis factiſque docent & practicant, alienam „ eſſe, à Scripturæ ſanctæ, & à ſanctorum Patrum doctrina. Et hoc „ poteſt optimè fieri abſque offenſa decreti Conſtantiæ facti, benè in„tellecti, & abſque ſcandalo decretantium illud. Quoniam planum „ eſt quod una & eadem propoſitio, multiplicem habens intelligen„tiam, ſecundum unam intelligentiam poſſit eſſe vera, & ſecundùm „ aliam ſit heretica; ſicut exempla plurima dari poſſent, in quibus, „ quia nota ſunt, & brevitatis causâ, ſuperſedeo.

„ Secundò reſpondetur. Quod D. & Patres de obedientia Ioannis „ XXIII ita debent honorem ſuum zelare in defenſione præfati decreti, „ quod non velint, alias duas obedientias ſchiſmaticas & hæreticas de- „ clarare ; quoniam hic error peior eſſet priore : quod tamen , ut ſu- „ perius oſtenſum eſt, difficillimum eſt obſervare, niſi decretum illud „ ad aliam trahatur intelligentiam, quam verba in ſuperficie præten- „ dunt, & quam Baſileenſes prædicarunt. Alias non videbuntur ſalvâ „ pace, obſervare illud, quód Dominus præcepit, *quod tibi non vis* „ *fieri alteri ne feceris.*

„ Tertiò arguit D. opponens , quod licet ab una obedientiâ tantùm „ fuerit factum præfatum decretum , nihilominus, cum pôſt nulla fac- „ ta fuerit reclamatio, per alias obedientias videtur approbatum.

„ Reſpondetur. Negando, quod nulla facta fuerit reclamatio : „ imò multiplex. Tum, primò : quando primò factum eſt, contra- „ dictum & reclamatum eſt, tam per Prælatos, & aliquos Dominos „ Cardinales ,qui, ut in geſtis eiuſdem Concilii patet, ſe abſentarunt à „ ſeſſione illa , quam per multos doctos viros, ſicut à fide dignis, „ qui interfuerunt, refertur. Tum ſecundò contradictum eſt per eum, „ quem obedientiâ illa pro Rom : Pontifice venerabatur, & cuius „ authoritate congregatio illa legitimè adunata dicebatur : ſcilicet Io- „ annem XXIII dictum, qui decreta illa facta, erronea eſſe ſæpè pro- „ feſſus eſt ; ut Dominus Dynenſis, ab eius ore, in oppido Schaphu- „ ſenſi propè conſtantiam audivit. Tertiò contradictum eſt per duas „ obedientias alias ; ſcilicet Gregorii & Benedicti ; quæ, ut ſuperius „ oſtenſum eſt, in principio præſentis reſponſionis manifeſtè verbis, & „ factis contradixerunt opinioni dicentium , eos , qui de obedientia „ præfati Ioannis XXIII Conſtantiæ ante convenerant, Concilium ge- „ nerale facere , Eccleſiam Chriſti repræſentare, habere poteſtatem „ immediatè à Chriſto cui &c. Tum quartò manifeſtum teſtimonium „ huius reclamationis , ſive non acceptationis colligi videtur ex eo, „ quod nunquam ampliùs, convenientibus omnibus obedientiis ſimul, „ fuerint illa decreta repetita, nec confirmata : ſed ſtatutum fuit , ut „ jam dictum eſt, quòd per Papam , & per Concilium deberet decla- „ rari, per quæ , & quomodo , Papa poſſet corrigi, vel deponi." Hæc Card. de Turrecremata. Quæ fuſius hic recitaſſe operæ pretium fuit, quo penitius excuſſus, convincatur evidentius error eorum, qui exemplo

Baſileenſium, ex mala ſæpè-dictorum decretorum intelligentia, ea in alienum, & contrarium ſenſum detorquent.

Allegatis porro ſubjicienda veniunt, quæ idem Cardinalis in reſponſione ad 1. art. & refutatione quintæ partis N. 85. adducit dicens: „Præterea. Quod pars illa decreti non poſſit dici continere veritatem „fidei catholicæ, patet. quoniam contradicit decreto hujus univerſalis „œcumenicæ Synodi Florentinæ, in qua Orientali & Occidentali Ec„cleſiis convenientibus, præſidente Sanctiſſimo ac Beatiſſimo D. N. „Eugenio P.P. IV. Divinâ & Apoſtolicâ authoritate definitum eſt, „*Ut fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur, & ſuſcipiatur, ſicque* „*omnes profiteantur. &c. Sanct. Apoſtolicam Sedem & Rom. Pontificem* „*in univerſum Orbem tenere Primatum*, &c, quæ ſuperius recitata ſunt. „Planè hæc ſtare non poſſunt: ut R. Pontifex Primus ſit totius Or„bis, & tamen univerſali Concilio Orbem repræſentanti ſit ſubiectus. „Quòd Princeps ſit Apoſtolorum, ſeu plebis Chriſtianæ, & eorum „Concilio ſubditus ſit. Quòd ſit Vicarius Chriſti præſentialis, im„mediatè ab eo conſtitutus, & alteri, quàm Chriſto ſubditus ſit. Quòd „ſit Caput totius corporis Eccleſiæ, & à Concilio corpus Eccleſiæ re„præſentante, veniat judicandus & regendus. Quòd ſit Pater omnium „Chriſtianorum, & ſub pæna damnationis, filiorum ſuorum parere „teneatur mandatis. Quòd ſit Doctor omnium fidelium, & Synodo „univerſali, collegio diſcipulorum ſuorum veniat inferior. Quòd ple„nam à Chriſto poteſtatem acceperit paſcendi, regendi, & guber„nandi univerſalem Eccleſiam, & quòd Concilium univerſale, Ec„cleſiam repræſentans, ſuperius ſit illo, poteſtate regiminis, & gu„bernationis. „

Quare Eugenius jam memoratus, Conſtitutionem, *Moyſes vir Dei*, approbante Concilio Florentino, edens, quâ damnantur propoſitiones Baſileenſium de poteſtate Concilii ſupra Papam, contra illos expoſtulat: *quod in hoc pernicioſiſſimi, dum ſuam malignitatem ſub veritatis fidei fuco colorant, Conſtantienſe Concilium, in malum ac reprobum ſenſum, & à ſana doctrina penitùs alienum pertrahant, cæterorum ſchiſmaticorum & hæreticorum falſam doctrinam ſequentes, qui confictos errores, & impia dogmata ex divinis Scripturis, & SS. Patribus perverſe intellectis, ſemper ſibi adſtruere moliuntur.* Et paulò pòſt pergit. *Ipſas propoſitiones ſuperiùs deſcriptas, juxta pravum ipſorum Baſileenſium intellectum, quem*

facta demonſtrant, veluti Sacroſancta Scriptura, & SS. Patrum, & ipſius Conſtantienſis Concilii ſenſui contrarium, nec non præfatam aſſertam declarationis ſeu privationis ſententiam, cum omnibus inde ſecutis, & quæ in futurum ſequi poſſent, tamquam impias & ſcandaloſas, nec non in manifeſtam Eccleſiæ Dei ſciſſuram, ac omnis Eccleſiaſtici ordinis, & Chriſtiani Principatûs confuſionem tendentes, ipſo ſacro approbante Concilio, damnamus, & reprobamus, & damnatas ac reprobatas nuntiamus. Accedit & decretum Concilii Lateranenſis ſub Leone X. in hæc verba. *Solum Romanum Pontificem, tamquam ſuper omnia Concilia Authoritatem habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac diſſolvendorum plenum ius, ac poteſtatem habere, nedum ex Sacræ Scripturæ teſtimonio, dictis SS. Patrum, & aliorum Pontificum, ſed propriâ etiam eorumdem Conciliorum confeſſione, manifeſtè conſtat.* Quâ igitur veri ſpecie, vel umbrâ dici poſſit decreta Synodi Conſtantienſis à Sede Apoſtolica eſſe comprobata, ipſoque Romanorum Pontificum, ac totius Eccleſiæ uſu confirmata, de authoritate Conciliorum generalium quæ ſeſſ. 4. 5. continentur? Cùm illa ipſa, ut à Baſileenſibus allegata, & intellecta fuêre, per Apoſtolicam Sedem ſacro approbante Concilio generali eſſe expreſſè condemnata & reprobata, & contrarium à duabus OEcumenicis Synodis, Florentina, & Lateranenſi disertè definitum, toti Chriſtianæ Reipublicæ ſit notorium.

Audiatur ſuper his Andreas Duvallius p. 4. q. 7. ita diſcurrens. " de fide eſſe, Concilium generale legitimè congregatum eſſe Pontifice ſuperius mordicùs affirmant Vigorius, & Richerius, cuius ſententiæ fundamentum præcipuum eſt Concilium Conſtantienſe ſeſſ. 4. & Baſileenſe ſeſſ. 2. Verum non ita ſe res habet: tum, quia nemo nunc eſt in Eccleſia, qui ita ſentiat, præter egregios illos Dioſcuros Vigorium & Richerium, quorum ſi vera eſſet ſententia, totus Orbis Chriſtianus, qui contrarium ſentit, in fide turpiter erraret. Tum, quia facilè eſt eorum fundamentum convellere. Nam quod attinet ad Concilium Conſtantienſe, non omnes eius ſeſſiones vim fidei habent. Siquidem à Martino V. &c. dumtaxat, quæ conciliariter decretæ fuerant, ſunt confirmatæ. Per particulam autem (conciliariter) intelligit, quæ cum prævio examine, & mutua inter Concilii Patres collatione definita ſunt. Hoc autem modo decreta & conſtituta non fuit definitio authoritatis Concilii ſuprà Pontificem.

Nul-

,, Nulla quippe interceſſit diſcuſſio, nullumque prævium examen, ut ex actis liquidò conſtat: ſed omnes ultrò citroque in hanc ſententiam abierunt. Vel per illud (conciliariter) intellexit Martinus, quæcumque poſt ſopitum & terminatum ſchiſma, ſuique ipſius electionem fuere definita. Sic enim propriè res dicuntur Conciliariter definiri: quando videlicet pontifex & cæteri Prælati poſt maturam deliberationem, in aliquod dogma conſentiunt. Et quia tunc, cùm hæc authoritas Concilii ſupra Pontificem definita eſt, aberat Joan. XXIII. qui clam aufugerat, & Martinus V. nondum à Patribus electus erat, dici non poteſt conciliariter definita: cùm præſertim, ut aliàs oſtendimus, Concilium, ſchiſmate in Eccleſia graſſante, res fidei definire non poſſit, ſed tantum ſchiſma extinguere, certumque ac Verum Pontificem eligere. Deinde licet Joannes XXIII. huic decreto conſenſum præbuiſſet, ſuoque calculo illud approbaſſet, (quod tamen eſt falſiſſimum) quia tamen tres ſe tunc pro Pontificibus in Eccleſia gerebant, quorum Vnuſquiſque Provincias ſibi obedientes habebat, tertia tantùm pars Eccleſiæ, hanc Concilii, ſupra Papam, authoritatem definiviſſet, ſicque à Concilio propriè, & eſſentialiter generali decretum non manaſſet &c. Quia Conſtantienſe Concilium non fuit nec dici debuit Generale, quouſque Martinus V. cui ſe Joannes & Gregorius, cum pleriſque aliis, qui Benedicti partes ſequebantur, ſubmiſerunt, ei præfuiſſet. His ſubjungam duo notatu digniſſima: ne ampliùs noſtrates Galli definitionem hanc Concilii Conſtantienſis, tamquam verè & propriè Oecumenici, adeò pugnaciter urgeant. Pontifices illius temporis ſub hac ſemper conditione fuiſſe electos, ut videlicet, eorum quiſque Pontificatu cederet, ſi alii ſuo juri prætenſo renuntiarent, vel ſi evidens Eccleſiæ utilitas illud expoſceret. Ex quo clarum eſt, eorum electionem ratam, & abſolutam non fuiſſe: ideoque, etſi eorum aliquis per ſe vel per Legatos Decreto interfuerit, non ſequitur propterea decretum manaſſe à Concilio abſolutè Oecumenico, & abſolutè totam Eccleſiam, tam in capite quàm in membris repræſentante. Deinde vocabantur tantùm Pontifices ſuæ obedientiæ, vel in ſua obedien-

„ tia : quo fit, ut non eſſent propriè Oecumenici Paſtores, ſed
„ tantùm particulares : ac proinde non erant veri Pontifices,
„ ſaltem abſolutè, certò, & indubitanter. Cæterùm non ſine
„ maxima ratione, graviſſimi quidam Doctores aſſerunt, Conci-
„ lium Conſtantienſe nihil aliud definiviſſe, quàm Concilium
„ eſſe ſuperius Pontifice dubio, & incerto: quod accidit, quando
„ ſchiſmate laborat, & vexatur Eccleſia, & jura contendentium
„ omni ex parte dubia ſunt. Tunc enim nemo dubitat, quin in
„ Eccleſia ſit ſuprema poteſtas, ad dubios illos Pontifices, vel
„ alterum eorum deponendum aut aliquem in eorum locum ſuffi-
„ ciendum". Proinde (ut idem habet q. 9) " Concilium Con-
„ ſtantienſe hac in parte intelligendum eſt dumtaxat de tempore
„ ſchiſmatis, & quando Pontifices incerti ſunt & dubii". Viden-
dus item in 2. 2. S. Thomæ, tract. de Comparat. Sum. Pont. & Concil. q. 7.

Adſtipulatur, Nicolaus Coefteau tom. 2. lib. 4. cap. 5.
"Quod attinet ad Concilium Conſtantienſe; ſpectanda ſunt etiam
„ in ejus decretis tempora : & fatendum, multa addita, quæ ſchiſ-
„ matis pernicies extorſiſſet. Cæterùm nec Conciliis ipſis fas ſit
„ leges Eccleſiæ figere, citra Pontificis Romani ſententiam, ut
„ ſuprà pluribus oſtendimus, authoritate veteris Canonis, quo id
„ eſt ſancitum. Quare Concilii Conſtantienſis ea decreta in Ec-
„ cleſia vigent, quibus calculum ſuum Pontifex adjecit, roburque
„ & pondus addidit: reliqua, & refixa & obliterata manent". Et
M. Nauclerus tom. 1. lib. 3. 2. part. cap. 2. " Jam verò, qui A-
„ chilleum ſuum robur, & arietem contra ſanctam, ſublimemque
„ Sedis Apoſtolicæ poteſtatem, in Concilio Conſtantienſi, ſed
„ malè intellecto, conſtituunt, legant hujus Concilii ſeſſ. 8.
„ & 13. invenient hujus Concilii decreto ſceleratum Wicleffum
„ hæreſeos fuiſſe damnatum ; quòd dixerit, Papam non eſſe im-
„ mediatum & proximum Vicarium Chriſti. Quæ impia aſſer-
„ tio 37. ordine reponitur inter ejus articulos. Idem Concilium
„ anathemate ferit illos qui dicunt, *Non eſſe de neceßitate ſalutis,*
„ *credere Romanam Eccleſiam, eſſe Supremam inter alias Eccleſias.* Quæ
„ decreta Martinus V. poſtea judicio comprobavit".

Henricus Spondanus ad an. 1415. agens de quarta
ſeſſione

ſeſſione iſtius Concilii, & conſtitutionibus in ea publicatis pro extirpatione præſentis ſchiſmatis, & unione ac reformatione Eccleſiæ Dei in capite & in membris, N. 21. & 54. rectè mone . " Non de quocumque Concilio univerſali locutam Synodumr, ,, ſed de ipſo tantùm Conſtantienſi, collecto ad prædicta, cum ,, nullus certus eſſet Pontifex,& ipſa ejus verba indicant: & fusè ,, diſputavit olim Joannes de Turrecremata Card. lib. 2. de Ec- ,, cleſia, cap. 99. Præterquam, quod, cum non poſſet tunc dici ,, hæc Conſtantienſis Synodus, planè univerſalis, quæ ex ſola ,, Joannis obedientia conſtabat, impugnantibus adhuc eam obe- ,, dientiis Gregorii, & Benedicti: ac proinde, quamvis omnino ,, voluiſſet decernere, Papam in omnibus ſubeſſe Concilio gene- ,, rali, non poſſit hoc dici decretum Concilii generalis. Seſſ. 16. ,, Joannes Gerſonius orationem habuit, de authoritate Concilii ,, ſupra Pontificem. Quod tamen accipiendum de tempore ſchiſ- ,, matis, cùm dubitaretur, quis eſſet verus Pontifex. Non enim ,, alioqui hæc quæſtio unquam introducta fuiſſet. De qua ſemel ,, dicimus. Cùm apud diverſos,plureſque ejus temporis authores ,, reperitur aſſertum, Concilium eſſe ſupra Papam, aut Papam ,, ſubeſſe Eccleſiæ, intellexiſſe omnes,ſi diligènter verba eorum ,, expendantur, intelligendumque omninò eſſe, quando agitur ,, de fide, aut tempore ſchiſmatis. Quoniam ſi Papa fortè fieret ,, hæreticus, deſineret eſſe Papa: tempore verò ſchiſmatis, in- ,, certus eſt". Item ad an. 1418. N. 5.. " Polonorum ac Litua- ,, norum nuntiorum petitionem putamus de induſtria, Martini ,, nutu ad ultimam ſeſſionem reſervatam, ut eâ occaſione ſigni- ,, ficaret, quæ Concilii decreta ipſe authoritate Apoſtolicâ, & ,, ſupremâ probaret, quæ verò non: ob ea, quæ ambiguè decreta ,, fuiſſent de authoritate Concilii ſupra Pontificem, & de pote- ,, ſtate reformandi Eccleſiam, tam in Capite, quàm in membris: ,, quas abſolutè, ut ſonare videntur, ſumptas, nullo modo Marti- ,, nus agnoſcere, aut approbare voluit, utpote contrarias exiſti- ,, matas, & praxi antiquioris Eccleſiæ, & collatæ à Chriſto ,, D. Petro, ejuſque Succeſſoribus authoritati, & poteſtati, ipſi- ,, que demùm naturæ rei, quâ Caput debet membra regere, non ,, regi à membris. Quamquam & poſſent hæc ita intelligi, ut

 duo-

„ duobus caſibus, de quibus tunc agebatur, emineret abſque ulla „ dubitatione Concilium ſuper tres illos, qui de Pontificatu con- „ tendebant: nimirùm, quòd incertum eſſet, quis eorum exiſte- „ ret verus Pontifex: & quod ſinguli eorum ſeſe abdicationi „ Pontificatûs ſubjeciſſent, quotieſcunque ritè deliberatum eſſet, „ quis verus exiſteret".

Et quod mirum, famoſus ille pro libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ pugil, PETRUS DE MARCA Archi-Epiſcopus Pariſienſis ſummam & Monarchicam Romani Pontificis authoritatem ac imperium ſuper omnem Eccleſiam confitens præfatione 2. operis ſui Romæ proſcripti *de concordia Sacerdotii, & Imperii*, N. 7. quid ſentiat de Concilii florentini decreto ſuperiùs relato declarat. "Ut nullam carpendæ ſententiæ meæ occaſionem relin- „ quam, aio. Græcos abſque ullo diſſidio in id conſpiraſſe cum „ Latinis, ut Romanum Pontificem, ſucceſſorem Petri Apoſto- „ li, & Chriſti Vicarium confiterentur, eique in Petro plenam, „ & ſummam adminiſtrandæ Eccleſiæ poteſtatem collatam". Et in litura Cenſuræ Romanæ affirmat ſeſe totas novem "Sedi Apoſto- „ licæ contumelioſas poſitiones (quarum tertia eſt. Non com- „ petere Papæ ut leges Eccleſiaſticas condat, quæ Gallos obli- „ gent. Quarta: Papam à dignitate & Sede ſua dejici poſſe, ſi gra- „ viſſimum ſcandalum Eccleſiæ inferat. Quinta: Nullo in caſu, „ vel ſpecie licere Pontifici aliquid ſtatuere vel diſpenſare ad- „ versùs Canones Conciliorum generalium. Septima: Gallis „ competere jus eligendi, & conſtituendi ſupremum aliquem „ Patriarcham, ſi Pontifex Regiis rationibus ſeſe non accom- „ modat.) Et alias copioſiſſimè & robuſtiſſimè refutaſſe adeo fe- „ lici eventu, ut pleriſque Magiſtratuum ferè jam perſuaſum „ ſit, eas ab imperitis, aut Eccleſiæ iniquis hominibus poſitas fuiſ- „ ſe". Lib. 1. deinde c. 2. n. 2. & 7. proſequitur. "Dicendum „ itaque eſt, Gallos ab ipſis Eccleſiæ primordiis, uſque ad no- „ ſtram ætatem, & communionis Eccleſiaſticæ originem in Ca- „ thedra Petri conſtituiſſe: & ſupremam Eccleſiæ authoritatem „ huic Sedi collatam ſemper coluiſſe &c. Ad quod duplici nomi- „ ne obligantur. Quia in Romana Sede univerſalis Eccleſiæ „ Caput ſuſpiciunt. Conſtat enim illos æquè, ac Concilium

Aqui-

„ Aquileenſe (cui præerat Ambroſius) totius Orbis Romani „ Caput, Romanam Eccleſiam agnoſcere, unde in omnes vene- „ randæ communionis jura dimanant. Adeò ut à Concilii Chal- „ cedonenſis ſocietate alienos ſe eſſe putarent, ni juxta ſexcen- „ torum illorum Patrum ſententiam, non ſolùm ſingularum Ec- „ cleſiarum, ſed etiam univerſalis Eccleſiæ Caput, Románum „ Pontificem venerarentur". Cap. 11. in Synopſi & n. 1. Per- „ ſonam Pontificis à nemine judicari, Galliarum Reges & E- „ piſcopi, unà cum cæteris ſæpiſſimè cenſuerunt": adeoque „ nullum omnino Concilium ipſo unquam eſſe ſuperius, " *Se- „ diſq; Apoſtolicæ præſulem minorum nunquam ſubjacere judicio:* Ut do- „ cet Romana Synodus tertia. Hujus autem privilegii ratio inde „ petitur ab Ennodio, in Apolog. Quòd Romanus Epiſcopus ſit „ Caput omnium Sacerdotum *Sanctorum voce patet, Pontificiam dig- „ nitatem Sedis ejus, factam toto orbe venerabilem: dum illi quicquid fide- „ lium eſt, ubique ſubditur, dum totius corporis Caput eſſe deſignatur.* N. „ 7. In cauſa hæreſeos publicè profeſſæ, & ſchiſmatis, quin „ de Pontifice Romano judicium fieri poſſit, nullus unquam „ ſcriptor dubitavit. Quamvis ſententiam malint declaratoriam „ dici, quàm condemnatoriam". Itaque extra illos duos caſus numquam. Utpote ſupremum omnis Concilii, certum ac indubitatum Caput & princeps.

Lib. 3. cap. 7. N. 1. nec Concilii Conſtantienſis, nec Baſileenſis decreta neque Pariſienſium Theologorum, (quorum ibi meminit) ſenſa moratus, confutat opinionem dicentium, præcipuam Gallicarum libertatum regulam hanc eſſe, ut Concilium Oecumenicum ſuperius Romano Pontifice aſſeratur. "Exiſtimo „ libertates Eccleſiæ Gallicanæ hoc axiomate non omninò niti. „ Qui Romani Pontificis odium in has libertates concitant, id „ præcipuè urgent, eas aliâ ratione conſtare, non poſſe, quàm „ Apoſtolicæ Sedis dignitate, eo maximè imminutâ, quod Pon- „ tifex Concilii generalis authoritati ſubjiciatur. Attamen hæc „ ſententia in foro apud nos non diſceptatur &c."

Cæteris etiam iungendus meritò eſt JOANNES CABAKSUTIUS Aquiſintienſis, Congregationis Oratorii Presbyter, in notitia Conciliorum S. Eccleſiæ. Ubi cap. 39. elucidans Synodum Ro-

manam, cui Damaſus præſedit, infert." Quibus docemur Con-
,, cilia quantumvis generalia atque etiam legitima, Romani
,, Epiſcopi authoritate indicta, carere tamen certâ in ſuis decre-
,, tis authoritate, & fide, antequam illius fuerint approbatione
,, communita. Concilium namque Ariminenſe dubium non eſt,
,, Oecumenicum fuiſſe, legitimèque indictum. Cum eò Liberius
,, de ſuo latere delegaverit: nec minùs certum eſt, graviter
,, circa fidem Catholicam erraſſe. Similiter quamvis Synodus
,, prima Conſtantinopolitana fuerit pariter œcumenica, & in-
,, ſuper Orthodoxa, (idemque dicendum de Chalcedonenſi)
,, attamen nonnulla utriuſque decreta omni authoritate carue-
,, runt, quia Damaſus & Leo Romani Epiſcopi noluerunt illa
,, ſuis approbationibus comprehendere. Huc pertinet illa altera
,, Damaſi ſententia in Epiſt. ad Stephan. & Concil. African. *Sy-*
,, *nodum ſine Romanæ Cathedræ authoritate fieri non eſt Catholicum, neque*
,, *ulla unquam Concilia rata leguntur, quæ non ſunt fulta Apoſtolicâ au-*
,, *thoritate.* Theologi, & juris Canonici periti duas approbant re-
,, gulæ iſtius exceptiones. Primam: ſi Papa ipſe infidelis aut
,, hæreticus eſſet. Secundæ exceptioni locus eſt in caſu ſchiſma-
,, tis, ſi ius foret utrimque ambiguum, ſicut uſu venit in Concilio
,, Piſano, & Conſtantienſi, quæ depoſitis eorum temporum
" Summis Pontificibus, alios de novo crearunt". Et cap. 90. de
Concilio Baſileenſi. " Hoc, ex quo fuit ab Eugenio revocatum,
,, evaſit deinceps illegitimum. Hujuſce verò Baſileæ Conventus
,, reprobatio legitur in Lateranenſi Concilio ſub Leone X. ſeſſ. xi.
,, Ludovicus Arelatenſis connitebatur Concilii Oecumenici
,, Conſtantienſis declaratione ſeſſ. 4. quâ definitur, Concilium
,, generale legitimè congregatum eâ pollere authoritate, quæ
,, Papam ipſum adſtringat, & cogere poſſit ab obediendum, in-
,, flexibili animo mandatis Eugenii obſtitit, & pro Baſileenſi
,, Conventu firmiſſimè ſtetit. Idque Conſtantienſe decretum re-
,, novarunt Baſileenſes ſeſſionibus primis, & reïterarunt ſeſſ. 18.
,, & ſeſſ. 33. inſtaurantes declararunt, eſſe Divinæ fidei. Quod
,, poſtea damnavit ſub Leone Synodus Lateranenſis ſeſſ. xi". Et
jure meritò ſanè. " Quia (ut cap. 91.) poteſtate directivâ poteſt
,, uti erga Summos Pontifices legitima Synodus, & Pontifex
præ-

,, præſens erga Succeſſores: non verò poteſtate coactivâ: qua-
,, lem aliquando voluit indebitè ſibi aſſumere Concilium Baſi-
,, leenſe". Per adducta hucuſque conſtringuntur nuperæ declarationis authores, velint, nolint fateri: iſta Synodi Conſtantienſis decreta de poteſtate Conciliorum generalium ſupra Papam, Baſileæ, Omine peſſimo innovata, adeò non fuiſſe ab Eccleſia Gallicana, perpetuâ Religione cuſtodita; ut non paucis, & magni nominis, Galliarum Epiſcopis, ac Scriptoribus magis probentur, qui negant, iſta decreta per legitimam authoritatem uſpiam eſſe comprobata, & econtrà affirmant, ut vidimus, ad ſolum ſchiſmatis tempus ea eſſe reſtringenda. Quòd ampliùs patefiet infra art. 3.

DE BASILEENSI CONCILIABULO.

Conciliabulo, inquam, non Concilio. Neque enim niſi à ſola ſui convocatione, & tali quali per Eugenium PP. continuatione (nullâ autem actorum, nec decretorum approbatione) Concilii nomen adhuc ferre ſinitur, licet ſatìs compertum ſit, nullius prorſus penſi eſſe, nec momenti: eo tamen, inquit Andreas Duvallius in proœmio, " tamquàm prævalido
" ſcuto omnes adverſariorum machinas retundere ſe putat Vigo-
" rius &c. Verùm non verebor aſſerere, Concilium illud Baſi-
" leenſe, quovis modo, & tempore ſpectatum, abſolutè Oecume-
" nicum non fuiſſe &c. Liquidò conſtat, non Concilium, ſed
" exercitum, non conſenſionem, ſed contentionem, non Eccle-
" ſiæ ſubſidium, ſed exitium (niſi Deus ſolitâ providentiâ ſuc-
" curriſſet) extitiſſe. Nemo ergo mentis compos, & judicii, illud
" verè Oecumenicum putabit, ſed potiùs, tamquam latrocinium
" Epheſino pejus exhorreſcet, & execrabitur. &c.

,, Secundò. Eo tempore, quo eſt inchoatum Concilium Baſi-
,, leenſe, & habita prima, & ſecunda ſeſſio, pauciſſimi ex Occi-
,, dente Prælati convenerant: quod ex Bulla Eugenii ad Con-
,, cilium miſſa conſtat; refert enim octo penè menſibus poſt diem
,, dictam, quâ omnes Baſileam convenire debuerant, Doctores

nullos

„ nullos, paucos verò Prælatos, cum tribus tantùm Epiſcopis „ adfuiſſe: neque ſpem fuiſſe frequentæ majoris. Præſertim, „ cùm Auſtriæ & Burgundiæ duces bello armiſque inter ſe con- „ tenderent. Concilium ergo Baſileenſe inchoationis ſuæ tem- „ pore Oecumenicum propriè dici non poteſt: cum ſcilicet tres „ tantùm Epiſcopi, ſine ullis Doctoribus intereſſent. Hinc con- „ ſtat, nullam illius definitionem vim fidei habere. Siquidem „ illius definitiones, demptis nonnullis beneficiorum Pragma- „ ticis, non fuerunt à Pontifice confirmatæ & approbatæ: quæ „ tamen confirmatio ad vim fidei ita eſt neceſſaria, ut ejus defectu „ fideles ad nulla quorumvis Conciliorum decreta tamquam de „ fide credenda obligentur. Tertiò, Baſileenſes numquam Lega- „ tos Sedis Apoſtolicæ pro authoritate, & reverentia Legatis „ ejuſmodi, ex antiquorum Conciliorum præſcripto debita, „ recipere voluerunt, ex Bulla 3. Eugenii ſeſſ. 16. quâ ſub finem „ ipſos Baſileenſes obiurgat, & reprehendit, quòd legatos ſuos, „ tamquam veros Concilii Præſides non agnoverint. Ergo „ illius decreta, nullius ſunt roboris. Quartò. Cùm à Concilio „ major Epiſcoporum pars ſeceſſiſſet, ingens Presbyterorum mul- „ titudo contra jus, faſque ad definiendum introducta eſt. Cum „ tamen Presbyteri in Conciliis Oecumenicis, citra privilegium „ Sedis Apoſtolicæ deliberare, aut ſuffragio deciſivo gaudere „ nequeant. Cum hoc ſolis Epiſcopis de jure conveniat. Quin- „ tò. Etiam inter eos, qui Baſileæ remanſerant, nullus inter- „ ceſſit conſenſus, qui tamen ad concluſionem, tamquàm de „ de fide definiendam, prorſus eſt neceſſarius. Quod autem „ nullus adfuerit conſenſus, patet ex iis, quæ jam ex Ænea Syl- „ vio, oculato teſte protulimus; & quod, cum viderent Baſi- „ leenſes, multos Provinciarum Deputatos, cum Oratoribus An- „ gliæ, & Caſtiliæ brevi ad Concilium venturos, definitiones „ contra Eugenium, & Sedis Apoſtolicæ jura præcipitarunt, „ veriti ne illi, (quod verum erat) definitionibus Concilii refra- „ garentur, & obſtarent".

" Dices. Legatos Eugenii poſt revocatam Concilii diſſolutio- „ nem, iſtud Concilium confirmaſſe. Antequàm enim Synodum „ ingrederentur, ſe decreta Concilii defenſuros, eaque ſuo calculo

appro-

"approbaturos, jurarunt. Verùm hoc levius eſt, quàm quòd pe-
"ritum Theologum moveat. Primùm enim: affirmant non pauci
" Legatos metu perculſos graviſſimo, hanc confirmationem pro-
"miſiſſe. Penè enim tunc videbantur in capitis diſcrimen ad-
" ducti, propter plebeiam multitudinem Eugenio ejuſque Lega-
"tis, & defenſoribus infenſiſſimam. Secundò: Legatorum con-
" firmatio fideles ad credendum non obligat, niſi Legati Ponti-
" ficis mentem, & mandata ad amuſſim, & diſtinctè explicent ac
" ſequantur. At in Concilio Baſileenſi tantum abeſt, ut Legati
" mentem, & mandata Eugenii ſecuti fuerint, (ſi tamen verum
" ſit, eos illius decreta confirmaſſe, quod falſi ſuſpicione non
" caret) quin potiùs eis è diametro repugnarint. Quippe cùm
" Eugenius ſecundâ & tertiâ Bullâ ad Concilium ſcriptâ decretis
" illis, tamquam Sedis Apoſtolicæ jura violantibus, apertiſſimè
" contradicat, & ſe potiùs vitam amiſſurum, quàm ejuſmodi acta
" confirmaturum, aut approbaturum aſſerat. Etiamſi verò in ge-
" nere Eugenius Concilium Baſileenſe utcumque probaverit,
" ejuſque progreſſum, & continuationem confirmaverit: non
" tamen propterea (hoc enim minimè ſequitur) quælibet illius
" decreta ſpecialiter confirmavit, & approbavit. Unde cùm in
" Concilio Florentino multi ab Eugenio quærerent, an hæc Ba-
" ſileenſia decreta ſuo calculo confirmaſſet? Reſpondit: *Nos qui-*
" *dem benè Concilii progreſſum approbavimus, ut nempe eo, quo cœperat*
" *pede progrederetur, non tamen ejus decreta approbavimus, nec approbamus.*
" Quare licet Eugenius hoc Concilium Baſileenſe, ſeſſione 16.
" in genere, & utcumque probaverit, non tamen ſequitur illius
" definitiones approbaſſe, & confirmaſſe. Quod hinc etiam a-
" pertiſſimè conſtat: quòd, cùm Eugenius à Legatis Baſileenſi-
" bus importunâ prece fuiſſet rogatus, ut Concilio ſubſcriberet,
" ejuſque decreta ſuâ ſyngraphâ communiret, ſemper tamen ab-
" nuerit, ſeque prorogationem & continuationem Concilii ad-
" juturum, dumtaxat dixerit. Quæris, quo in honore ac pre-
" tio Galli Concilium Baſileenſe habuerint? Plerique, inter
" quos primas tenet Vigorius, Baſileenſe Concilium à Majori-
" bus noſtris tamquàm regni Gallici Palladium habitum fui-
" ſſe prædicant, ejuſque decreta tanti æſtimata, ac ſi de cœlo

" ad reformationem integræ Eccleſiæ delapſa eſſent. Verùm ex
" antedictis manifeſtum eſt, quid de Concilio Baſileenſi candi-
" diores, verique Galli ſenſerint. Unde, cùm ab univerſa Eccleſia
" exploſum, & rejectum ſemper fuerit, exceptis iis, quæ propter
" bonum pacis, Nicolaus V. approbanda cenſuit: non potuit non
" eodem filo à Catholicis Gallis repudiari". Id, quod pluribus
ibidem demonſtrat Duvallius. Inter quæ eſt & illud, " de quo
" Behotius conqueritur, ſanctioni Baſileenſi per Concilium Bi-
„ turicenſe eſſe detractum. Ex quo apparet, hoc Concilium non
„ ita ſacrum, ſanctumque Gallis fuiſſe, quin ejus ſanctiones ad
„ Lydium lapidem examinarint: & quod ampliùs eſt, quædam
„ mutaverint, quædam detraxerint".

Nec aliquo in pretio illud Nicolao Coefteau, nec Michaeli Mauclero fuiſſe, ipſimet apertè declarant. Ille, loco paulò ante citato. " Quod attinet ad Concilium Baſileenſe, plura afferri
„ poſſent, quibus eius authoritas convelleretur: Et non dubitat
„ Lateranenſe Concilium ſub Leone X. celebratum, illum
„ Conventum Baſileenſem, Conciliabulum ſchiſmaticum, ſe-
" ditioſum, & nullius prorſus authoritatis vocare. Et ſanè quæ à
" Baſileenſibus contra Eugenium IV. tentata ſunt, omne ei robur,
" & pondus detraxerunt. Nam quo tempore de gradu Eugenium
" dejicere, ac abdicare moliti ſunt, Julianus Cardinalis Pontificis
" Legatus, moderando conceſſui Præſes datus, ſacrilegæ audaciæ
" pertæſus, Baſileâ exceſſerat, nec factam Pontifici injuriam ſu-
" ſtinere valentes Epiſcopi, & ipſi quoque magna ex parte ab-
" ſceſſerant. Quare Cardinalis Arelatenſis, alieni juris Uſurpator,
" & qui reliqui erant, factioſi Epiſcopi, de ſua paucitate erubeſ-
" centes, ingentem Presbyterorum multitudinem invexerunt,
" ut jam violatâ antiquorum Conciliorum formâ, non Epiſco-
" porum, ſed Presbyterorum Synodus eſſet. Quamquàm, ne ſic
" quidem obtinere potuerunt, ut omnes in ſcelerata decreta con-
" ſentirent. Ac demùm eodem tempore Florentiæ agebatur Con-
" cilium Oecumenicum, in quo præſidebat Summus Pontifex,
" cui aſſidebant Epiſcopi, tum Græci, tum Latini, & numero
" plures, & doctrinâ celebriores his, qui Baſileæ turbas cierent.
" Aderat verò & Imperator Græcorum Paleologus, & Orator

Impe-

" Imperatoris Latini, ut nullâ ratione dubitari poſſet, utrum ex " duobus legitimum, ac verum eſſet Concilium". Hic autem lib. ſuperiùs cit. cap. 11. & 16. " Eugenius IV. malè facta in Con" cilio Baſileenſi quaſſavit, & irrita, tanquam ſpuria pronuntia" vit. Iſtud Concilium, licet à Papa Eugenio congregatum, ta" men poſteà minimè confirmatum, in graviſſimos impegit erro" res. Ut cùm hæreticum eſſe definivit negare, Concilium eſſe " ſupra Papam, aut aſſerere, Papam transferre in alium locum " poſſe Concilium, aut in aliud tempus, prorogare. Nunc quis " tam inſanus, ac mentis inops, qui hujus, ac definitionis Baſi" leenſis oppugnatores hæreticâ peſte contaminatos eſſe, auderet, " velletque defendere"? Inter innumeros alioquin, etiam pro tali habendus eſſet Joannes Cabaſſutius in ſua notitia Eccleſiaſtica Hiſtor. Concil. Concilium Baſileenſe ita depingens. " Cùm " pauciſſimi Præſules, qui Baſileam conceſſerant, jam olim Ca" nonicè inſtituto, indubitato & unico Pontifici, Eugenio ejus " in privatum Ordinem reductionem, comminarentur, debitam" que hæreticis pœnam, ni ſe inferiorem, & ſubditum Juriſdi" ctioni Synodi profiteretur, ejuſque mandatis obtemperaret, " tunc cœpit Concilium pernicioſi ſchiſmatis jactare ſemina, " quamvìs Conſtantienſis decretum contexeret; ſed in diverſa " longèque diſpari cauſa. Illud enim juſtam ſibi attribuebat po" teſtatem in plures Pontifices invicem contendentes, & univer" ſam jam pridem Eccleſiam lacerantes: quorum jus obſcurum " admodùm, & ambiguum erat; nec aliud ſupererat remedium ad " extinguendum diuturnum incendium, quo Eccleſia conflagra" bat, etiam poſtquàm ſinguli contendentium Pontificum fidem " jurejurando aſtrinxerant deponendæ ſuæ dignitatis propter Ec" cleſiaſticam unionem & pacem. Itaque Conſtantienſe decre" tum felici exitu terminatum eſt, remoto ſchiſmate. At ex ad" verſo, cùm nulla eſſet in Eccleſia conſciſſio, ſoluſque Eccleſiæ " præeſſet Eugenius, quem fideles omnes legitimum agnoſcebant, " & colebant Pontificem, eo vivente novum Baſileenſes Pſeudo" Pontificem obtruſère".

Ad quorum explanationem juvabit, acta, geſtaque à Baſileenſibus ad rem, de qua agimus, ſpectantia Joan. de Turrecrem. Patric.

tric. & Spond. ſummatim perſtrinxiſſe. Vix pauci ad Concilium indictum coiverant. Cùm ecce in ipſo ſtatim limine iſti in ſupremam Romani Pontificis authoritatem impingunt, ac machinantur. Quare Eugenius ex ſententia ſacri Senatûs; authoritate Apoſtolicâ Baſileenſem Conventum diſſolvit. Legatum ſuum, Cardinalem Julianum revocat. Perſiſtunt nihilominùs, qui convenerant, & non obſtante diſſolutione, ſeſſionem ſecundam celebrant, ac decreta ſæpè memorata Conſtantienſis Concilii de ſuperioritate Synodorum Generalium ſupra Papam inſtaurant, ſed debitâ ad hoc poteſtate jam deſtituti. Poſt revocationem enim Pontificiam deſierat eſſe Concilium Oecumenicum, & legitimum, ei nec per ſe, nec per Legatum ſuum, Præſidente Romano Pontifice: atque adeò decreta lata nullius erant roboris, nec valoris. Id quod & Eugenius ipſe declaravit Epiſtolâ apud Patricium datâ idibus Septemb. 1433. poſt duodecimam habitam ſeſſ. " De plenitudine poteſtatis, Apoſtolici Pontificatûs, ſacro Cardinalium Senatu comprobante, geſta, acta, dicta, decretaque omnia contra Romanum Pontificem, ac Apoſtolicæ Sedis authoritatem, publico decreto revocans, irritans, & annullans". Manſitque in illo ſtatu iſta congregatio uſque ad ſeſſ. 17. In qua Legati Pontificis renunciati ſunt, Concilii in integrum reſtituti Præſides. Seſſione ſequenti, rurſum Conſtantienſis Concilii decreta ſunt renovata, ſed nullo Apoſtolicæ Sedis Legato Præſidente, (quod in actis Synodi annotatur) verùm ut atteſtatur Card. de Turrecremata, " Præſidentes omnes, quibus in ſolidum authoritas data erat, non conſenſerunt, imò contradixerunt, & proteſtati ſunt, eo modo meliore, quo potuerunt, licet aliqui eorum non ut Præſidentes, ſed ut particulares perſonæ, quaſi violenter, cùm aliter non reciperentur ad præſidentiam, in renovatione illa conſenſerint". Nam ſi Duvallio fides l. c. "Nulli patebat ingreſſus, niſi contra Eugenium, juraque Sedis Apoſtolicæ palàm proteſtaretur. Aliàs non ſolùm jure ſuffragii privabatur, ſed etiam de vita periclitabatur: quod infrà ex Ænea Sylvio conſtabit". Denique addit Card. de Turrecremata: " Præſidentes non fuerunt recepti juxta diſpoſitionem, & juxta morem antiquorum Conciliorum, eoſque juxta formam à

Roma-

„ Romano Pontifice datam, noluerunt recipere: ſed contra omnem modum, & rationem, corpus ſine ordine dependentiæ ad Caput, ſibi à Chriſto ſuperpoſitum, poteſtate propriâ voluit procedere".

Recruduit non multò poſt factioſorum ſeditio ſeſſ. 26. & 2. in qua necquicquam proteſtantibus in contrarium Cardinalibus S. Sabinæ, & S. Petri ac pleriſque optimis Patribus, Eugenio P. P. dies dicitur. Seſſ. 28. contumax declaratur. Tum Eugenius Edicto publico de plenitudine Poteſtatis Apoſtolicæ proterva illam congregationem diſſolvit: juſſiſque omnibus ſub graviſſimo anathemate inde diſcedere, Concilium Ferrariæ indixit. Quibus nihil moti Baſileenſes ſeſſ. 31. Eugenium ab omni adminiſtratione Pontificatûs ſuſpenderunt. Intereà temporis ſtabilitur Concilium Oecumenicum Ferrariæ, in cujus ſecunda ſeſſione, iterum geſta Baſileenſium damnantur, jubenturque Prælati omnes intra triginta dierum ſpatium, ſub pœnis excommunicationis, & privationis, Baſilicâ excedere. "Perſtrepunt ibi nihilominus, inquit, Spondanus N. 21. ranarum & corvorum, quos diximus, vernacula carmina. " Potiſſimum in generali Congregatione, cui præerat Arelatenſis, de quo idem ad an. 148. N. XI. Simultas ipſum aliqua obfirmaverat præcipuum ſane Concilii Baſileens: columen, poſt abſceſſum cæterorum omnium Cardinalium, aliorumque præcipuorum Antiſtitum, abſque cujus authoritate fuiſſet reliqua remanentium colluvies ſponte dilapſa, & diſſipata evanuiſſet (N. 27. ad an. 1639) Hic ubi finem dicendi fecit. (& Æneas proſequitur) ingenti ortâ diſſenſione, & verbali rixâ, cùm nec mandata Præſidentis reciperentur, nec ordo in rebus agendis ſolitus cuſtodiretur, omnia contentionibus, & probris inſonarent, Ludovicus Patriarcha Aquileienſis renitentium capitibus minaretur. Panormitanus cum ſuis altiſſime clamans (quoniam planè loquens exaudiebatur nemo) negavit ipſorum eſſe concludere, ſed Prælatorum quorum ipſi major pars eſſent, ac proptereà nomine Prælatorum ſuperſedendum eſſe concluſit. Quo verbo tantus exortus eſt clamor, quantus ſolet in præliis tubarum clangor, & equorum fremitus audiri: Cumque adverſarii contenderent concluſionem Panormitani nullius eſſe

„ momenti, Cardinalemque Arelatenſem etiam convitiis impel-
„ lerent ; is ſub ſpecie legendæ Epiſtolæ , quam ex Gallia acce-
„ piſſet, tres primas veritates (ex octo) ſe concludere profeſſus
„ eſt , tanto ſuorum applauſu , turpique adulatione , ut etiam
„ fimbriam veſtimentorum ejus deoſcularentur. (N. 28.) Me-
„ diolanenſis in Arelatenſem acerbiſſimè convitiatus eſt. Panor-
„ mitanus, & alii eidem exprobrarunt quod cum ſolis aliquot E-
„ piſcopis titularibus , & Pædagogorum & copiſtarum grege res
„ fidei concluderet , &c. Inter quos ſe tunc ſediſſe Æneas hæc
„ narrans tradit. Qui, niſi ipſemet coitionis ejuſmodi manceps ,
„ hæc adeò virulenta, fraudulenta , violenta deſcripſiſſet , quis
„ credere potuiſſet. Aut quis ſanæ mentis, res ſic geſtas credens,
„ ea à Spiritu Sancto proceſſiſſe ſibi perſuadere valeat. N. 29.
„ Seſſioni 33. nullus Arragonenſium , nullus ex tota Hiſpania
„ Prælatus interfuit , ſed multi inferioris ordinis. Ex Italia ſolus
„ Groſſetanus Epiſcopus, & Abbates de Dona Cumanæ Dioce-
„ ſis : ex reliquis Nationibus mitrati circiter viginti , non qui-
„ dem omnes Epiſcopi,ſed plerique Abbates (ut hinc videas, quæ
„ majeſtas hæc fuerit Synodi Oecumenicæ.) Decretum Maſſi-
„ lienſis Epiſcopus legit de tribus illis primis veritatibus fidei :
„ videlicet de poteſtate Concilii generalis ſupra Papam , &
„ quemlibet alterum. Quod Papa ejuſmodi Concilium, ſine ejus
„ conſenſu non poſſit diſſolvère aut àliud ad tempus prorogare,
„ aut de loco ad locum transferre. Duabus prædictis veritatibus
„ pertinaciter repugnantem eſſe hæreticum cenſendum".

Quàm Baſilicum porro , quàm Canonicum , quàm Ortho-
doxum oraculum magnifica Synodus illa effutivit ! Quàm vene-
rabiles fidei veritates auguſta ſeditioſorum aliquot ac ſchiſmati-
„ corum turba eructavit.! N.31.Earum vigore, atque authoritate
„ Concilii Conſtantienſis, ſententia depoſitionis à Papatu lata
„ eſt in Eugenium ſeſſ.34.omneſque Chriſtiani ab ejus obedientia
„ abſoluti &c. N. 32. in reſponſione Cardinalis de Turrecre-
„ mata , de qua ſuprà , diſertè traditur , de triginta Epiſcopis ,
„ qui tunc Baſileæ fuiſſe dicerentur , ſolùm octo vel novem in-
„ terfuiſſe huic ſeſſioni: Univerſoſque Catholicorum Principum
„ Oratores cum cæteris Epiſcopis ei contradixiſſe. Cui concor-

dans

„ dans S. Antoninus tom. 3. hiſtor. tit. 22. cap. 10. §. 4. & ple-
„ rique alii æquè teſtantur fuiſſe inter hos, aliquos privatos E-
„ piſcopatu, & dignitatibus ſuis ab Eugenio propter ſcelera ſua.
„ Et Patritius in Epilogo ait non interfuiſſe niſi ſeptem dumtaxat
„ Epiſcopos. Idque ipſum exprobavit Baſileenſibus Nicolaus de
„ Cuſa in quodam Conventu Moguntino. Subdit S. Antoninus. *Depoſito Eugenio à Papatu erexerunt ſibi in idolum, Ducem Sabaudiæ Amadæum dictum, quem Apoſtaticum factum, Felicem nuncupaverunt, qui inthronizatus non in Sede Petri, ſed Luciferi fuit. &c. Et per hunc modum Baſilea peperit Baſiliſcum.*

Numquid igitur fabricata ab infami illo ac ſacrilego cœtu ſub adſcititia Synodi Conſtantienſis in reprobum ſenſum, & à ſana doctrina penitus alienum retortæ larvâ & umbrâ, veritatis & fidei (ſi ſuperis placet) decreta, ab omnibus cenſenda non ſint perquàm digniſſima, quæ ab Eccleſia Gallicana perpetuâ Religione cuſtodiantur, velut totidem ſacræ anchoræ ſingularia amuleta Galliæque Palladia cœlitùs ad totius Eccleſiæ reformationem delapſa? Eugenius certè, certus, indubitatus ac legitimus Catholicæ Eccleſiæ Pontifex primùm illa, cum Baſileenſi conventicula, ritè ac expreſsè, S. Concilio Florentino approbante, ut impia, perniccioſa, ac ſeditioſa damnavit ſuâ conſtitutione *Moyſes*, ut etiam conqueruntur, & ſeſſ. 38. fatentur reſidui Baſileenſis latrocinii Conciliares. Deinde & Leo X. Bulla. *Paſtor æternus.* Sacro approbante Concilio Lateranenſi, pariter condemnavit cum pragmatica ſanctione à Baſileenſibus edita, in qua illa continentur. *Cum ea omnia,* inquit, *poſt tranſlationem ejuſdem Baſileenſis Concilii, per felicis memoriæ Eugenium Papam IV. Prædeceſſorem noſtrum factam, a Baſileenſi Conciliabulo, ſeu potius Conventicula, quæ præſertim poſt hujuſmodi tranſlationem, Concilium ampliùs appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, caſſamus. irritamus. annullamus. ac damnamus. Et conſtitutionem fel. mem. Bonifacii VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit,* (unam ſanctam.) *pro fidelium animarum ſalute, ac Romani Pontificis, & hujus S. Sedis ſuprema authoritate, & Eccleſiæ unitate innovamus, & approbamus &c.* Leonis autem diploma de abrogatione pragmaticæ ſanctionis, à Chriſtianiſſimo Rege Franciſco I. nedum ratihabitum

eſt, verùm etiam ejus juſſu in Pariſienſi Parlamento ægrè licet aſſentienti promulgatum, atque in Acta relatum. Atteſtatur autem Archiepiſcopus Petrus de Marca lib. 4. de Concord. Sacerd. & Imper. c. xix. n. 1. " Quod Ludovicus XII. Galliarum Rex per Le-
" gatos ſuos ſe Concilio Lateranenſi adhærere profeſſus ſit.
" Quodque illud Gallorum Reges ut Synodum generalem agno-
" verint".

Et dicta illa Pragmatica Sanctio, (de qua latius art. 3.) fuit quidem in Galliis publicata, ſed in illa, ſicut Spondanus commemorat ad An. 1438. N. 21. & 22. " Carolus VII. declarat. Eccleſiam
" Gallicanam conventu Bituricenſi tot malis compatientem,
" præhabito diligentiſſimo decretorum Baſileenſium ſibi oblato-
" torum examine, nonnulla eorum, ſimpliciter, ut ſtatuta fue-
" runt; alia cum certis modificationibus & formis, quatenùs
" commoditatibus, temporibus, moribus regni magis congrue-
" re conſpexit, illicò recipienda cenſuiſſe. Ita Rex. Ex cujus
" verbis manifeſtè apparet, nullius ferè pretii fuiſſe apud Gal-
" los Concilii Baſileenſis authoritatem, quam ita ſenſibus ſuis,
" ac diſpoſitioni ſubjicerent. Denique tantâ libertate in reci-
" piendis, rejiciendis, truncandis, ampliandis Baſileenſium pla-
" citis uſi ſunt, ut patentiſſimè ſe etiam Judices Conciliorum
" generalium, quale Baſileenſe agnoſcere præſeferebant, conſti-
" tuerint. An verò hinc dicetur Eccleſiam Gallicanam approbaſ-
" ſe, ac recepiſſe Concilium Babileenſe? Nugæ hæ ſunt, & im-
" poſturæ. Abſit à puritate, & dignitate Eccleſiæ Chriſtianiſſi-
" mæ tanta calumnia.

De Supremo Romani Pontificis in univerſam Eccleſiam Principatu, quid Synodus Tridentina?

DE eo quidem non eſt à Patribus novus aliquis ſpeciatim & expreſsè conditus canon, neque erat opus: cùm ſat multæ eam in rem ſuperſint ſacræ tam veteres, quàm recentiores ſanctiones: præſtaretque (quod Tridento Romam ſcribebat Car-
" dinalis Lotharingus, ut maneret Apoſtolica Sedes in poſſeſſio-
ne

„ ne authoritatis ſuæ nullam requirens declaratiõnem expreſſio-„ rem". Attamen non itâ ſiluit Sacroſancta iſta Synodus,quin variis locis ſummi Pontificis authoritatem omni Concilio ſuperiorem, tantâ à prioribus Oecumenicis Conciliis conſenſione aſſertam, non obſcurè conſtabilierit. Seſſ.7. can. 3. de Baptiſmo edicit, quòd *Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum Mater eſt, & Magiſtra.* cap.15. de reform. Romani Pontifices publicantur, *Regimini univerſalis Eccleſiæ Præſidentes*, (ſeſſ. 10.) *ad quos, ut ſummos, pro tempore Pontifices ſpectet generalia Concilia indicere, & dirigere, etiam omnia & ſingula in eis decreta confirmare* (poſt continuationem ſeſſ. ult. de de fine Concilii) utique proût ſeſſ.14. cap. 7. *pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia univerſa tradita*, & (ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.) *pro ſolicitudine, quam univerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio debent.* Eritne etenim omnium Eccleſiarum Mater & Magiſtra à coëunte diſcipulorum claſſe edocenda, corrigenda? Suprema in univerſam Eccleſiam poteſtas, inferioris cœtûs diſciplinæ ac ferulæ ſubjacebit? Regimini univerſalis Eccleſiæ,Præſidens Eccleſiaſticarum Synodorum ſit ſubditus? Cujus unius eſt generalia Concilia indicere, dirigere, ac Decreta confirmare ut robur habeant & valorem, ab illiſmet Conciliis dirigendus ipſe erit, reformandus, ac confirmandus? Nemo unus profectò mentis compos conſiſtere hæc poſſe ſuſtineat. Satis apertè igitur Tridentini Patres locis jam relatis ac alibi Romani Pontificis majeſtâtem ac poteſtatem quocumquè generali Concilio majorem ac ſuperiorem agnoverunt, & ſuſpexerunt. In hanc ſententiam conveniſſe multò maximam Patrum partem, ex Concilii actis eſt perſpicuum: Id Card. Palavacinus in prooemio hiſtor. cap. x. diſertis verbis tradit. " In Florentino ſatis propinquo Concilio definitus erat „ Pontificum Primatus ſuper univerſam Eccleſiam. In poſtremo „ Lateranenſi ſtabilitur eorumdem authoritas Conciliis ſuperior. „ Et cum in hoc Tridentino ageretur de attribuendo Pontifici „ hoc ipſum, quod illi Florentinum attribuit, & quidem utendo „ iſtius Concilii verbis priſtinis, eòque conſpirarent ſuffragato-„ res ferè omnes, à decreti expeditione Legatos Pontificios de-„ tinuit una Gallorum quorumdam pauculorum,qui decimam vix „ partem conſtituebant,conſideratio". Siquidem, ut refert idem

lib. 23. cap. 1. N. 13. " Legati ſibi viſi ſunt apertè cognoſcere
„ Galliæ Oratorem Ferrerium cupidum eſſe novæ congregatio-
„ nis in Gallia inſtituendæ, ubi concordibus &c. eumque in fi-
„ nem deſiderare hujus Concilii diſſolutionem, ut omnibus mo-
„ dis mentis ſuæ propoſitum valeret mandare executioni, Eccle-
„ ſiam bonis ſuis ſpoliare, & Apoſtolicam Sedem debitâ ſibi
„ obedientiâ". Jamque Zacharias Delphinus Leſinæ Epiſcopus,
& Nuntius Apoſtolicus, de quo lib. 21. cap. 11. N. 1. Ferdi-
nando Imperatori perſuadere omni ſtudio ſategerat, ut Apoſto-
licæ Sedis ac authoritatis cauſam ageret, ſed averterat Cæſarem
Seldius coram aſſeverans, " Numquàm fore ut Galli ad conſen-
„ ſum inducerentur, Quin è contra, ſi quando veniretur ad hanc
„ declarationem, illos perſuaſum habituros, nihil levaminis à tali
„ Concilio expectare ſe poſſe, ſed novum potiùs laborum ſuorum
„ augmentum. Proinde excogitaturos modum proſpiciendi ſibi,
„ coactâ propriæ Nationis Synodo: cujus mentione, velut ful-
„ minis alicujus fragore, inter frequens minarum tonitru terro-
„ rem incutere ſtudebant", iſti numero pauculi. "Eos movere
aggreſſus, lib. 19. cap. 15. N. 7. " Martinus Maſcarenga, Luſi-
„ tanus Orator, cùm controverſia ferveret ſuper eo præſertim Ca-
„ none, in quo poteſtas Romani Pontificis in Eccleſiam univer-
„ ſalem firmabatur, cum ſuis Theologis, tres dies cohortatus eſt
„ Gallos, ut Canoni aſſentirentur". Soli illi ergo, numero pau-
culi reluctabantur, reliquo Concilii corpore ſuffragante, Patri-
buſque ferè omnibus, Canoni concepto ac formato aſſentienti-
bus. Undè laceſſitus Papa Pius IV. rem iniquam eſſe conteſtatus
eſt Romano Pontifici titulum jam illum denegari à pauculis Con-
ciliariorum, quem omnia hucuſque Concilia Oecumenica ei ul-
trò attribuerant. Scripſitque deſuper Legatis ſuis ibid. N. 3. &
lib. 20. cap. 3. N. 2. " expreſsè præcipiens, caverent in omni de
„ ſua authoritate conferentia, minùs aliquid, vel minùs clarè
„ edici, quàm quòd à Synodo Florentina aliiſque multò antiquio-
„ ribus Synodis & Patribus dictum definitumque fuit. Quodque
„ vel ipſa Oecumenica Synodus in Galliis ſub Leone celebrata
„ attribuerat, & attribuere pergerent etiam hæretici, nominatim
„ Elector Brandeburgicus, cujus plures epiſtolæ ad Romanum
Pon-

„ Pontificem datæ inſcriptionem illam præferrent, quæ & Cæ-
„ ſareis litteris erat uſitata. *ſc. Pontifici Univerſalis Eccleſiæ.* Addidit-
„ que Pius Paratiſſimum ſe eſſe, proprii ſanguinis effuſione tueri
„ illas Sedis Apoſtolicæ prærogativas, quæ non per doctrinam
„ tantummodo, ſed & multorum Sanctorum ſanguinem erant
„ ſtabilitæ". Mandatum iſtud validè confirmavit Pontificios in propoſito, quòd jam antè Galliarum Oratoribus apertiſſimè declaraverant, lib. 19. cap. 14. N. 5. quando coram eis Ferrerium faſtidiosè adversùs ſupremam Sedis Apoſtolicæ authoritatem perorantem, ac negantem ſeſe permiſſurum, ut quæſtiones, quæ Concilii arbitrio commiſſæ erant, ad arbitrium Pontificis remitterentur, excepit primus Legatorum profeſſus, " a nullo un-
„ quam cohibendos ſeſe, nec deſtituros, quin ea in Canones &
„ decreta referrent, quæ ſupremam Pontificis authoritatem de-
„ clararent. Si Oratores ſtudebant ſuam opinionem tueri, Præ-
„ ſides ſtuduere veritatem propugnare: hoc eſt, Pontificem ſu-
„ periorem eſſe Concilio. Ne inducerent animum, ut oppoſitam
„ ſententiam agitandam proponerent, neque ut à Concilio illius
„ definitionem expoſcerent. Etenim Legatos tam certos in eo
„ perſiſtere, ut vitam potiùs amitterent, quàm id in dubitationem
„ adduci ſinerent. Hìc Cardinalis Seripandus ad Fererium con-
„ verſus, dixit: Allatum ab illo fundamentum Synodi Conſtan-
„ tienſis, haud ſolidum eſſe. Id temporis certum Romanum
„ Pontificem non exſtitiſſe; atque hinc ad ſchiſma ſedandum
„ opus fuiſſe, ut declaratio ad Synodum pertineret: adeòque ut
„ illa præeſſet cunctis illis Pontificibus litigioſis. At in præſen-
„ tia vivere inter Catholicos ſupremum Pontificem, certum, le-
„ gitimum, atque indubitatum, cui univerſa Eccleſia ſubdebatur:
„ & ea de re diſſeruit eruditâ eloquentiâ, pro dignitate viri, &
„ argumenti gravitate. Orationem concluſit, ſe nunquam omiſ-
„ ſuros, quin ea omnia proferrent, quæ hanc veritatem, & palàm
„ facerent, & confirmarent". Reliqua pauculorum iſtorum refractariorum fundamenta, quàm eſſent debilia & paſſionibus magis quàm rationibus fulta, in illo conceſſu apparuit, in quo P. Didacus Lainez Societatis Jeſu Præpoſitus Generalis, poſtquam pro eadem veritate, ſupremaque Apoſtolicæ Sedis Majeſtate

vindicanda egregiè declamaſſet, lib. 18. cap. 15. N. 19. prodiit
Pariſienſis Antiſtes, è veſtigio opponens, "dictam ſententiam
" de poteſtate Romani Pontificis ſupra Concilium, præteritis ſe-
" culis fuiſſe inauditam, & recèns à Thoma Cajetano inventam,
" ad Cardinalitium galerum aucupandum". Cui Card. Palavaci-
nus id commemorans reponit. "Indigna reſponſo ineptia. Quaſi
" verò iſta ſententia totis duobus ſeculis Cajetanum præcedenti-
" bus tradita non fuerit à celeberrimo Doctore Gallo, Herveo
" Natali S. Ord. Prædicatorum Magiſtro Generali; & ſequenti
" pòſt ſeculo, etiam à Joanne de Turrecremata Hiſpano, deinde
" & à Gabriële Biel Germano, non connumeratis, B. Alberto
" Magno, & Thoma Aquinate, Bonaventura, Durando, aliiſque
" priſcis Scriptoribus". Porrò quia iſti pauculi pro ſua opinione
nihil Concilio Conſtantienſi, & Baſileenſi conventiculâ anti-
quius habebant, huic mordicùs adhærebant, ut ſecundùm eam,
(quòd unum eorum ſtudium erat) ſupremam Romani Pontificis,
circumſcriberent authoritatem, quòd idem lib. 21. cap. 4. N. 8.
advertit Cardinalis hiſtoricus. Qui lib. præcedenti cap. 9. N. 11.
deſcribens Zelum Oratoris Cæſarei, Dracoviſii, Epiſcopi ſeptem
Eccleſiarum, congregatam in ædibus Guerreri, Granatenſis Epiſ-
copi, Magnam Patrum partem plurimis adductis authoritatibus
adhortantis, ut in tuenda ſummi Pontificis ſuperioritate firmi con-
ſiſterent, continuò hoc iſtorum ſubjungit reſponſum". Tantam
" Conciliorum, ac veterum Patrum recitationem planè ſuper-
" vacaneam apud eos eſſe, qui Florentinam Synodum veneraban-
" tur. Iſta proinde Gallis potiùs eſſe inculcanda". Recuſantibus
nimirum admittere verbum, quòd ſignificaret ſummam Papæ au-
thoritatem ſuper univerſam Eccleſiam.

Sed qui vocem non ſuſtinent, rem ipſam vel ignari admittunt. Per quatuordecim jam congregationes diſcuſſa fuerat difficultas de annullandis clandeſtinis conjugiis ut apud eumdem videre eſt; lib. 22. cap. 4. & cap. 9. & lib. 23. cap. 9. per tot. conceptumque decretum ad incudem pluries revocatum. Reſtabat, ut in ſeſſione proxima toti Concilio proponeretur, & modo probaretur, rite publicaretur. Ingens ſuffragiorum diſſenſio. His Decretum approbantibus: illis id rejicientibus; inſuper & ne-

ganti-

gantibus ullam Concilio poteſtatem eſſe irritandi matrimonia mutuô contrahentium conſenſu inita. Hocque præclara diſſertatione ſuſtinuit Iprenſium Epicopus, Martinus Rythovius. Nec ipſi inter ſe conveniebant Legati, Concilii Præſides. Et quamvis aliquantò pluribus decretum probaretur, magna tamen erat Patrum perplexitas; quâ ut ſe expedirent, præſertim qui acriùs decreto adverſabantur, unà cum Cardinalibus, Legatis, Patriarcha Hieroſolymitano, aliiſque præcipuis Prælatis concluſerunt, Sedis Apoſtolicæ Oraculum deſuper conſulendum, & ſuſcipiendum. Collectis interim ſuffragiis, Legatorum primus, non aliter quàm ſic pronunciandum duxit. N. 5. Decretum de annullandis clandeſtinis conjugiis placuit majori Patrum numero: diſplicuit verò pluribus quinquaginta: Inter quos Illuſtriſſimus Cardinalis Simonetta Sedis Apoſtolicæ Legatus decretum non approbabat, ſuam tamen ſententiam ſubmittens Santiſſimo D. N. ait. Ego pariter Legatus Apoſtolicæ Sedis approbo decretum, ſi Sanctiſſimo D. N. probetur". Non poterat non hujuſcemodi declarationem ſequi ingens animorum motus ac hæſitatio. Nam Solemnis Conciliorum uſus obtinet, ut majoris partis placitum planè & abſolutè decernatur, & ſanciatur. Hic tamen ea adjicitur clauſula, ſi Sanctiſſimo D. N. probetur. Aſt ejus hanc ibid. reddit rationem Palavacinus. "Quippè credebatur fas non eſſe, id in Seſſione ſtabiliri, cui duorum ex quatuor legatorum repugnabat arbitrium: utpote, qui & Papæ repræſentarent perſonam, ejuſque unius authoritate agebant". Præterea, ſecura & tuta via unica (uti & Legatus card. Moronus cenſuerat) tanti momenti rem, adeò ancipitem, ac controverſam & necdum ſatis compertam, ad illius referre judicium, cui in S. Petro dictum erat à Chriſto D. *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.* Dictum. Factum. Et *Subſequens Papæ approbatio omnem ſuſtulit dubitationem.* Tanti illa ſola ponderis erat & valoris, ut non priùs inquietudo diſſipari, anxietas eximi, hæſitantium animi potuerint componi, quàm de approbatoria Apoſtolicæ Sedis ſententia conſtitiſſet.

Vide ſis nunc, an aliud ſit, definitivo Romani Pontificis judicio ſubmittere dogmaticum decretum exactâ totius Concilii tru-

tinâ expenſum, & concluſum, quam reapſe ſummam ipſius in omnem Chriſtianum orbem agnoſcere,ac ſuſpicere authoritatem Oecumenico Concilio ſuperiorem? Quàm ipſum revereri,ac profiteri,ſupremum ac infallibilem univerſalis Eccleſiæ, Magiſtrum, Rectorem & Paſtorem? Cui uni incumbit, *confirmare fratres ſuos* Nemo unus id ne quidem ex illo pauculorum numero inficietur.

Quinimò ipſoſmet pariter ac cunctos Tridentinos Patres hanc Superioritatis prærogativam, Romano Pontifici tandem uno ore ac conſenſu detuliſſe ac attribuiſſe, ad finem Concilii publica acclamatio evincit. Quod lib. 24. cap. 8. rectè obſervat Card. Palavicinus. Solemnis veterum Conciliorum uſus eis per feſtivas fauſtiſque acclamationes Coronidem imponebat. " Harum „ tunc nedum componendarum, tamquam principalis author, verùm etiam elatâ voce intonandarum curam affectavit, & ſuſce- „ pit Cardinalis Lotharingus. Summa votorum erat. *Beatiſſimo* „ *Pio, Papæ ac Domino Noſtro, Sanctæ univerſalis Eccleſiæ Pontifici, multi* „ *anni, & æterna memoria.* Sicque apparuit, eam nunc ipſi prærogativam ſuper univerſalem Eccleſiam attribui, quæ tam ab ipſo „ Cardinali, quam cæteris Gallis acerrimè fuerat diſputata". Titulum illum hanc ob cauſam pertinaciſſimè denegandum Papæ contendebant, quòd eum agnoſcere Rectorem, ſeu Pontificem univerſalis Eccleſiæ, tantumdem ſit, ac ipſum fateri, Generali Concilio, quod Univerſalem repræſentat Eccleſiam, omnino Superiorem. Quando igitur ipſi acclamando jam proclamant *Vniverſalis Eccleſiæ Pontificem*, ex ſuamet ipſorum ſententia, & explicatione ſupremam ipſius in omnia etiam Oecumenica Concilia authoritatem, ac poteſtatem paribus ſe votis,& vocibus venerari, ac profiteri, convincuntur. Hanc ſi recognoſcere & confiteri deinceps recuſent, evadere ſcomma nequibunt, quod apud eumdem Card. Palavicinum lib. 19. cap. 4. N. 3. in fine Gualterius Viterbienſis Epiſcopus Cardinali Lotharingo expoſuiſſe legitur, Improperatumque Sorbonicis à quodam hæretico Germano. " Eos nempe vitioſos eſſe Dialecticos; dum reliquis Eccleſiæ " Romanæ principiis conſentientes, prærogativam Romani " Pontificis ſupra Concilium evertebant, quæ ex illis legitimâ " conſequentiâ deducebatur". Quæ cauſa fuit, ut Regis Chriſtia-

ſtianiſſimi Orator, Ferrerius, (qui ne duabus poſtremis intereſſet ſeſſionibus, Venetias ſe receperat) intelligens tanto acclamationum plauſu terminatam Synodum, inter alias querimonias ad Regem ſuum ſcriptas, & à Palavicino deſcriptas lib. 24. cap. 10. N. 1. vehementiùs contra Titulum expoſtularit," quo Romanus " Epiſcopus, palàm Eccleſiæ univerſalis Pontifex denominatus, " & proclamatus fuit, & cui ſuæ Majeſtatis Oratores conſtanter, " obſtiterant. Adhæc, eſſe & alia complura, ex quibus neceſſariò " conficiebatur, eum Conciliis eſſe ſuperiorem, contrà quam " Cardinalis Lotharingus, & reliqui Galliæ Epiſcopi, ac Theologi " ſuſtinuerant". Non eſt igitur, quòd quis de Tridentinorum Patrum mente, ac ſententia dubitet, quam toties & tot evidentibus argumentis per omnem Concilii decurſum ad finem uſque patefecerunt. " Exeant ergo, concludit lib. 2. de authorit. Pon" tif. Franciſcus Forrezius Papæ in Tridentino Theologus, ſi " non orbe toto, ut Bernardus ait: at Eccleſiâ exeant, ejecti inde, " quicumque non ad curam Pontificis pertinere volunt Conci" lium, ſed potiùs ad curam Concilii Pontificem.

ARTICULUS III.

Uſus Apoſtolicæ poteſtatis nequaquàm per ſacros Canones eſt moderandus, nec limitandus. Sed èontra ipſi Canones ſunt per uſum poteſtatis Apoſtolicæ moderandi & corrigendi, nec ab iſta regula magìs eximuntur Eccleſiæ Gallicanæ mores, ac inſtituta, quàm conſuetudines, & ſtatuta quarumlibet aliarum Eccleſiarum particularium.

AB hac parte ſtant immobiliter Tridentini Patres, adverſùs illos numero pauculos, qui in fine Concilii tamen cæteris ſeſe junxerunt. Principio quidem non aliter volebant declaratam ſummi Pontificis poteſtatem, quàm circum-

ſcriptam:

ſcriptam : ut ei fas non eſſet generalis Concilii ſanctionibus contraire, nec eas relaxare : ut ediſſerit Palavicinus lib. 21. cap. 6. N. 20. Qui & lib. 10. cap. 15. N. 14. recenſet Wirtenbergenſes pridem, Saxoneſque hæreticos hujuſmodi declarationem inſtanter efflagitaſſe. Legatos verò Apoſtolicos cum omni Synodo probè intelligentes, iſtas machinationes non aliò vergere niſi ad Papam Concilio ſubjiciendum, poſtulata protinùs rejeciſſe, " tendentia directè ad omnis Monarchiæ deſtructionem : in cu-,, jus regimine, Principem oportet, ſibimetipſi eſſe legem : non ,, alterius lege ligari, nec alium vereri judicem, niſi Deum, & ,, publicæ infamiæ probrum". Ipſa Concilii decreta expendantur.

Seſſ. 7. in decreto de reform. *Sacroſancta Synodus incœptum reformationis negotium proſequi intendens, ut ſequitur, ſtatuendum cenſuit, ſalvâ ſemper in omnibus Sedis Apoſtolicæ authoritate.* Poſtmodùm ſeſſ. 25. cap. 21. ita cavet : *Poſtremò ſancta Synodus omnia, & ſingula ſub quibuſcumque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina, tam ſub fel. record. Paulo III. ac Iulio III. quàm ſub Beatiſſimo Pio IV. Pontificibus Maximis, in hoc ſacro Concilio, ſtatuta ſunt, declarat, ita decreta fuiſſe, ut in his ſalva ſemper authoritas Sedis Apoſtolicæ, & ſit: & eſſe, intelligatur.* Iſtam Pontificiæ authoritatis ab omnibus Synodalibus decretis ac legibus exceptionem ponderans Salmantinus Epiſcopus recitatus à Palavacino lib. 22. cap. 7. N. 13. advertit. " Quòd quantùmvis Pontifex, Eccleſiæ univerſalis & Ca-,, put, & Princeps ſit, nulliuſque obnoxius authoritati, aut judi-,, cio ; unde in omni decreto Concilii reſervata intelligeretur ,, ejus authoritas ; nihilominùs tantam eſſe temporum improbi-,, tatem, ut conveniret, illud exprimere, dicereque, ac iteratò di-,, cere in ædificationem Catholicorum, confuſionem verò hære-,, ticorum". Neque enim, per iſtam clauſulam, quæ ibid. cap. 8. n. 4. Unanimi Patrum conſenſu poſita eſt, Pontifici à Concilio tributa eſt iſta poteſtas, ſed quæ ad ipſam vi ac virtute Supremi, ac Monarchici Principatûs pertinet, declarata, ac denuntiata, ad ſiniſtris obviandum gloſſematis, & nulli dubium eſſet, quin ea hìc ſalva proclametur Sedis Apoſtolicæ authoritas, quâ jam inde ab Eccleſiæ exordio, cujuſvis Concilii decreta, leges & ſtatuta, interpretari, mutare, laxare, reformare, quin & irritare, ac abrogare,

prout

proùt ſibi viſum fuerit, de poteſtatis plenitudine conſuevit. Eam ipſi pleno ac divino jure competere, Eccleſiaſtica jura edicunt 25. q. 1. c. 16. parte ſecundâ objectioni huic, *Quòd contra ſtatuta ſanctorum Canonum, quibus ſtatus Eccleſiarum confundantur, vel perturbentur, privilegia ab Apoſtolico concedi non debent, ità reſpondetur. Sacroſancta Romana Eccleſia jus, & authoritatem ſacris Canonibus impartitur, ſed non eis alligatur. Habet enim jus condendi Canones: utpote quæ Caput eſt, & cardo omnium Eccleſiarum, à cujus regula nemini diſſentire licet. Ità ergo Canonibus authoritatem præſtat, ut ſeipſam non ſubjiciat eis. Sed ſicut Chriſtus, qui legem dedit, ipſam legem implevit octavâ die circumciſus, quadrageſimo die in templo cum hoſtiis præſentatus: poſteà verò, ut ſe Dominum legis oſtenderet, contra legis litteram, leproſum tangendo mundavit, &c. Sic & ſummæ Sedis Pontifices, Canonibus, ſive à ſe, ſive ab aliis ſuâ authoritate conditis reverentiam exhibent, &, eis ſe humiliando, ipſos cuſtodiunt. Nonnumquàm verò, ſeu iubendo, ſeu definiendo ſeu aliter agendo, ſe decretorum Dominos, & conditores eſſe oſtendunt. Licet itaq; Primæ Sedi contra generalia decreta, ſpecialia privilegia indulgere, & ſpeciali beneficio concedere, quod generali prohibetur decreto. Quamquàm, ſi decretorum intentionem diligenter advertamus, nequaquàm contra Sanctorum Canonum authoritatem aliquid concedere invenietur, Sacri ſiquidem Canones ità aliquid conſtituunt, ut interpretationis authoritatem S. Romanæ Eccleſiæ reſervent. Ipſi namq; ſoli Canones valent interpretari, qui jus condendi eos habent. Vnde in nonnullis Capitulis Conciliorum, cum aliquid obſervandum decernitur, ſtatim ſubinfertur. Niſi authoritas Romanæ Eccleſiæ aliter imperaverit. Vel, ſalvo tamen in omnibus jure S. Romanæ Eccleſiæ. Vel. Salvâ tamen in omnibus, Apoſtolicâ authoritate.* In hunc ſenſum adducit iſtud Capitulum Stephanus Baluzius in notis ad „ Gratian. diſt. 88. cap. 1. & addit. Alexander à Turre Epiſ„ copus Sithienſis lib. 5. de fulgen: radio Eccleſiaſt. Hierarch. „ cap. 18. omnem Conciliorum authoritatem, & robur ponit „ in perſona Romani Pontificis: adeo ut celeberrima Concilii „ Decreta, inquit, nihil firmi, nihil ſancti, nihil rati habeant, „ niſi ab illo ſacrorum Principe ſint approbata. Hinc illud Ludovi„ ci Majorani in lib. 3. de vero Dei cultu cap. 35. Majorem eſſe „ Petri, Succeſſorumque ejus authoritatem, quàm Eccleſiaſti„ cæ congregationis, id eſt, Concilii generalis. De his videndus

„ dus Auguſt. Barboſa, lib. 1. juris Eccleſiaſt. Univerſi cap. 11. ubi N. 72. 95. 96. 97. 104. 105. 118. 125. 128. 129. ex quampluribus Capitulis, ac Authoribus demonſtrat, Papam ſuper jure poſitivo plenariam habere poteſtatem, Conciliaribus Synodorum generalium conſtitutionibus, quæ fidei ſubſtantialia non continent, derogare, eaſque tollere, ſententias corrigere ‘ decreta reſcindere, & contra ea diſpenſare. Diſertis verbis profitetur idipſum etiam Græcus Gyracenſium Epiſcopus Barlaam Epiſt. ad amicos in Græcia ſcribens de Romano Pontifice. *Ipſe in Synodo cum grandi authoritate, & poteſtate, nullo prohibente, corrigit omnia, retractat, confirmat, irritat, ſtatuit, inhibet.*

Prolixam hac de re diſputationem inſtituit Andreas Duvallius part. 4. de Conciliis eorumque comparatione cum Pontifice: quæſt 11. "An Pontifex legibus Conciliorum generaliumità li-„ getur, ut eas non tantùm ipſe ſervare debeat, Sed etiam eas „ relaxare, & mutare nequeat, nec cum ullo contra eas diſpen-„ ſare". Reſolutioni ſuæ, notandum præmittit, dicens. Ut " quæſtionem definiam, admonuerim. Imprimis, leges Conci-" liorum eſſe triplicis generis: aliæ ſunt juris naturæ, ut prohi-" bitio fornicationis, uſuræ, duellorum, magiæ & ſimilium: „ quæ, quia in nonnullis hominibus lumen naturæ aut eſt peni-„ tùs extinctum, aut ſaltem admodùm obſcuratum, novis qui-„ buſdam decretis refricari debent, ut in memoria altiores agant „ radices. Aliæ ſunt juris divini, ut quæ ad fidem, & Sacramenta „ pertinent, & in Conciliis, ne quis earum ignorationem cau-„ ſetur, nonnumquàm explicantur, & ſtatuuntur. De his legum „ generibus, nulla eſt controuerſia; omnes enim ad unum faten-„ tur ſummum Pontificem illis eſſe non minùs obnoxium, quàm „ fideles omnes: atque adeo de illis non poſſe quoquomodo „ diſpenſare, ex D. Tho. 1. 2. q. 88. art. 10. docente. In his „ quæ ſunt de lege naturæ & in præceptis divinis non poteſt „ cadere diſpenſatio. Notandum tamen eſt, his legibus non ad-„ ſtringi Pontificem, ut ſunt à Conciliis latæ, ſed ut ab authore „ naturæ, nempe Deo; vel authore gratiæ, ſcilicet Chriſto „ ſancitæ ſunt & impoſitæ. Aliæ denique ſunt juris merè Eccleſi-„ aſtici.

De

„ De quibus ſit ſecunda concluſio. Poteſtas Papæ non poteſt „ per Concilium ità limitari, reſtringi, aut impediri, ut ſi de „ aliqua lege Eccleſiaſtica diſpenſet Papa, diſpenſatio non va- „ leat: & hanc diſpenſandi poteſtatem non tantùm habet in ſim- „ plicibus Conciliorum decretis, ſed & in iis, in quibus hæc „ clauſula (quamlibet diſpenſationem etiam irritans) continetur. „ Prior pars Concluſionis probatur. Primùm: quia neceſſe eſt in „ Eccleſia dari quamdam poteſtatem deſpenſandi de legibus Eccle- „ ſiaſticis pro varietate locorum temporum, & perſonarum Can. „ *Regula* diſt. 19. *Regula Sanctorum Patrum, pro varietate temporum & „ locorum temperatur.* Atqui hæc poteſtas in ſolo Concilio eſſe „ nequit, aliàs maxima in Eccleſia perturbatio ſequeretur. Cùm „ enim diſpenſationes fere indies ſint neceſſariæ, ut experientiâ „ conſtat, & vix ac ne vix quidem in uno ſeculo ſemel Concilium „ congregetur, nullæ umquàm aut pauciſſimæ fierent diſpenſatio- „ nes. Igitur neceſſe eſt poteſtatem diſpenſandi de his legibus in „ ſummo Pontifice reſidere, ad quem, cùm opus eſt, facile recurritur.

„ Secundò: Pontifex eſt ſupra omne jus poſitivum undecumque „ ſit, ſive à Conciliis ſive à ſuis prædeceſſoribus. cap. *Significaſti:* „ de electione in 6. cap. *Quòd dilecti* & cap. *Quia,* de conſangui- „ nitate & affinitate. Quod etiam expreſsè docet D. Thomas „ opuſc. contra impugnantes religionem. *Omnia ſtatuta SS. Pa- „ trum diſpenſationi Papæ relicta ſunt, ut poſſit ea mutare, vel de iis diſ- „ penſare ſecundùm temporum, & negotiorum opportunitatem.* Et Hinc- „ marus Remenſis, ut Gallos Galli Epiſcopi teſtimonio confun- „ damus: *Facultatem* (inquit) *temperandorum, ſive mutandorum Ca- „ nonum poteſtati ſummi Pontificis adjacere non dubitamus.* Tertiò: „ Pontifex eſt Generalis Chriſti Vicarius, in plenitudinem po- „ teſtatis Eccleſiaſticæ aſſumptus Matth. 16. *Quodcumque ſolveris.* „ Et Joan. ultimo; *Paſce oves meas.* Et cap. *Propoſuit.* De conceſ- „ ſione præbendæ. Igitur, ubi ad Eccleſiæ bonum, aut animarum „ ſalutem diſpenſatio neceſſaria judicatur, hanc legitimè poteſt „ Pontifex concedere, quæ ſemel conceſſa, in utroque foro tam „ externo quàm interno, recipitur & valet. Ex his autem, quæ „ hactenus docuimus, facilè infertur, Papam poſſe legem Concilii, „ vel in toto, vel in parte abrogare. Quamvis enim abrogatio diſ-

" ficilior ſit diſpenſatione, & juris majoris, quia diſpenſatio le-
" gem non tollit, ſed in aliquo caſu propter cauſam rationabilem,
" & juſtam, ab ejus obligatione aliquem ſolvit: abrogatio verò
" legem iſtam cum ſua obligatione omnino revocat & reſcindit.
" Nihilominùs quando in bonum Eccleſiæ univerſalis, talis abro-
" gatio utilis, aut neceſſaria judicatur, & Concilium difficillimè
" poteſt congregari, Pontifex pro ſuæ poteſtatis plenitudine le-
" gem illam poteſt penitus abrogare. Nemo enim negaverit Pon-
" tificem tantum poſſe, & multò plura, quàm conſuetudo poſſit.
" At conſuetudo leges quaſlibet Conciliares abrogat; ut, inter
" alias, legem illam in Concilio Hieroſolymitano latam de abſti-
" nentia à ſanguine, & ſuffocato. Jam dudùm hæc enim abſti-
" nentiæ lex per totam Eccleſiam, conſuetudine in contrarium ab-
" eunte, ceſſavit, planèque exolevit".

" Poſterior pars concluſionis; Videlicet, ſummum Pontifi-
" cem diſpenſare poſſe in illis etiam Conciliorum legibus, quibus
" hæc clauſula (quamcumque diſpenſationem etiam Papalem ir-
" ritans) eſt appoſita, haud difficulter confirmatur. Primò. Quia
" Papa non eſt Concilii generalis Vicarius, nec ſuam diſpenſandi
" poteſtatem ab eo habet ſed à Chriſto, Matth. 26. & Joan. 21.
" ut toto ferè libro latiſſimè probavimus. Ergo non poteſt Con-
" cilium, quâcumque clauſulâ appoſitâ, poteſtatem Pontificiam
" diſpenſandi, reſtringere, aut impedire. Sicut enim ideò nullus,
" nedùm Concilium Oecumenicum, poteſtatem Ordinis Sacer-
" dotalis limitare, aut impedire poteſt, quominùs, ubi debito ſub-
" jecto applicatur, in actum non exeat; quia Ordo ſeu Character,
" qui ab hac poteſtate non differt, eſt à Chriſto, non à Concilio:
" ſic neque poteſtatem Pontificiam diſpenſandi, poterit ullo
" modo reſtringere aut impedire Concilium. Quia hanc, uni
" Chriſto, non ipſi Concilio acceptam refert, debetque ipſe Pon-
" tifex. Dices. Poteſtatem diſpenſandi eſſe juriſdictionis, &
" non Ordinis. Eſto. Sed in utraque hoc eſt commune, quòd in
" Pontifice, utraque ſit à Chriſto, & non à Concilio, & ideò ſi
" una ſuſpendi non poſſit aut limitari, ita nec altera. Secundò.
" Vel leges Conciliorum juriſdictionem Papæ ſuperant, vel non:
" ſi non excedant; ergo de iis poterit legitimè, non obſtante clau-
ſulâ.

,, ſulâ irritante, diſpenſare. Fruſtrà enim clauſula hæc reſpectu ,, Papæ erit addita. Si excedant: ergo, quantumvis clauſula irritans non fuerit appoſita, nullo modo de iis diſpenſare, aut ,, eas abrogare, vel in toto vel in parte poterit. Atqui ſuprà ,, oſtendimus, hoc eſſe abſurdiſſimum, & Eccleſiæ valde perni- ,, cioſum neceſſe enim eſt, ut in Eccleſia ſit aliqua poteſtas de ,, legibus Conciliaribus diſpenſandi, & quidem in altero, quàm in ,, Concilio, cum Concilium rarò congregetur. Ille autem alter, ,, Pontifex eſt, ſupremus univerſalis Eccleſiæ Paſtor. Tertiò: ex ,, ſupradictis liquidò conſtat, Pontificem reſpectu legum Conci- ,, liarium, non minùs poſſe, quàm poſſit conſuetudo. At conſue- ,, tudo poteſt ea etiam decreta quibus clauſula irritans aut impe- ,, diens quamcumque diſpenſationem, eſt appoſita, antiquare, ,, irrita reddere, & omnem eorum obligationem penitùs tollere. ,, Si enim majùs poſſit, nempe legem ipſam penitùs tollere, ut ,, ſupponimus, & omnis fatentur; minùs certè poterit: nempe ,, clauſulam hanc irritantem prorsùs abrogare. Igitur ejus pote- ,, ſtas limitari, & impediri per ullam clauſulam minimè poteſt.

" Objicies. Decreta Conciliorum ex Gregorio can. *Sicut.* ,, diſt. 15. tamquàm quatuor Evangelia à fidelibus eſſe ſuſcipien- ,, da, *& ſe: non illa deſtruere, quiſquis præſumit abſolvere, quos ligant, aut* ,, *ligare, quos ſolvunt.* At Pontifex nihil quidquam de Evangelio ,, poteſt immutare. Igitur nec de Eccleſiaſticis Conciliorum Oe- ,, cumenicorum decretis: iis præſertim, quibus clauſula irritans ,, eſt à Patribus appoſita. Reſpondeo, D. Gregorium de fidei ,, decretis loqui, non de iis, quæ ad Eccleſiaſticam diſciplinam, & ,ad jus merè Eccleſiaſticum ſpectant. Quòd autem non alia fuerit ,, mens Gregorii, manifeſtè ex eo conſtat, quòd Canonem Con- ,, cilii Calcedonenſis (quod cum aliis tribus Conciliis tamquàm ,, Evangelium ſuſpiciebat) quo Patriarcha Conſtantinopolitanus ,, proximùs poſt Romanum ſtatuebatur, repudiàrit, quem ſciret ,, ex ambitione Patriarcharum, & faſtu Imperatorum profectum ,, eſſe. Rurſus objicies. Si ità ſit, ut in concluſione aſſeruimus. ,, Fruſtrà, imò contra rationem, ejuſmodi clauſulam irritantem ,, adhiberi. Siquidem non apponitur, ut Epiſcoporum diſpenſa- ,, tio excludatur: Conſtat enim Epiſcopos de ſimplicibus Con- ,, ciliorum decretis diſpenſare non poſſe: cùm ſint eo multò in-

 ferio-

„ feriores : inferioris autem non eſt, de lege ſuperioris, ſi facul-
„ tas ei ſpecialiter non concedatur, diſpenſare. Reſpondeo, hâc
„ clauſulâ poteſtatem Pontificis minimè ligari, nec tamen prop-
„ tereà fruſtra apponi. ideo enim illam apponit Concilium, ut ſig-
„ nificet, ſæpiùs periculoſam, & pernicioſam eſſe decreti diſpenſa-
„ tionem : & nonnumquàm Pontificem in diſpenſando graviter
„ peccare : quia cauſa, quâ nititur, & fundatur diſpenſatio, non
„ eſt ſatis juſta; & (ut loquuntur) rationabilis : nec bonum, quod
„ ex inviolabili legis obſervatione naſcitur, adæquat".

Inter reliquas Apoſtatæ Marci Antonii de Dominis cavillationes, non infimum locum ea tenet, quâ Pontificiam poteſtatem ità conſtringit, ut ne quidem Romanæ provinciæ limites excedere ſinat. Cui occurrens Maſſilienſis Epiſcopus Nicolaus Coeffteau p. 2. lib. 4. c. 2. "Reſpondet. " Habere hîc Spalatenſem,
„ quos ſequatur, authores ſchiſmaticos, quos, mirari ſubit, non
„ vidiſſe, falſum, falſiſſimum eſſe, ullos limites Pontifici poſuiſſe
„ Concilium, aut ejus poteſtatem religaſſe. Percurrant, ac evol-
„ vant omnes Synodos Oecumenicas ſchiſmatici, deprehendent
„ numquàm eò audaciæ progreſſas, ut Pontifici Romano fines
„ ullos præſcriberent. (fol. 301.) Numquàm illis venit in men-
„ tem, ejus limitationis, quam cogitat, & verè ſomniat cum ſchiſ-
„ maticis Spalatenſis, &c". Nam Concilium qualecumque nihil ſtatuere poteſt, ſupremæ & univerſali Papæ authoritati, ac poteſtati derogans. Utì nec poteſt conſtitutionem Pontificiam, neque in totum, nec in parte abrogare.

Siquidem, ut præclarè, Michael Mauclerus tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 12. & 16. Sicut Concilia confirmare Pontificiæ dignitatis
„ eſt, ſic & minùs benè geſta in illis diſſolvere, atque mutare:
„ ut Sanctus fecit Leo in Concilio Chalcedonenſi, irritans ea,
„ quæ ſuis abſentibus Legatis Anatolius Conſtantinopolitanus
„ Epiſcopus, cum ſuæ factionis Miniſtris, contra Alexandrinæ
„ Eccleſiæ jura per ſurreptionem, cavillationemque malitioſè
„ moliti ſunt. Sic enim ſanctus Pater Pulcheriæ Auguſtæ in E-
„ piſtola ad eam contra hos ſacrilegæ factionis artifices loquitur:
„ *Conſenſiones Epiſcoporum & Sacrorum Canonum apud Nicæam condito-*
" *rum regulis repugnantes, unitâ nobiſcum fidei veſtræ pietate in irritum*
mit-

" *mittimus, & per authoritatem B. Petri Apoſtoli, generali prorſus defi-*
" *nitione quaſſamus.* Sicut longa poſt ſæcula Eugenius IV. male-
" facta in Concilio Baſileenſi quaſſavit, & irrita, tamquàm ſpu-
" ria pronuntiavit. Hoc præter Canoniſtas Theologi verâ, eru-
" ditâque firmitate defendunt, ut D. Thomas contra impugnant.
" Relig. cap. 4. reſpondens ad objection. ex c. *Contra ſtatuta.* 25.
" q. 1. "*Quòd primò objicitur, quòd Romanæ Sedis authoritas non poteſt*
" *aliquid condere vel mutare contra ſtatuta SS. Patrum, dicendum, Quòd*
" *verum eſt in illis, quæ ſtatuta Sanctorum determinaverunt eſſe de jure*
" *divino, ſicut articuli fidei, qui determinati ſunt per Concilia. Sed illa,*
" *quæ SS. Patres determinaverunt eſſe de jure poſitivo, ſunt relicta ſub*
" *diſpoſitione Papæ: ut poſſit ea mutare, vel diſpenſare ſecundùm oppor-*
" *tunitates temporum vel negotiorum. Sancti enim Patres in Con-*
" *ciliis congregati, nihil ſtatuere poſſunt, niſi authoritate Romani*
" *Pontificis interveniente: ſine quo etiam nec Concilium congregari poteſt.*
" *Ex decreto autem inducto non poteſt ampliùs haberi, niſi quod Papa*
" *non poteſt deſtruere Canonicam Scripturam Apoſtolorum, & Propheta-*
" *rum, quæ eſt Eccleſiaſticæ fidei fundamentum.* Huic doctrinæ ſyn-
" ceræ, Catholicæque veritati etiam Prælati Græcæ Eccleſiæ, ac
" illius Imperii orientalis Principes, devotè pièque ſubſcripſe-
" runt; quamdiu ſtetit eorum in Deum recta fides. Teſtantur
" Epiſtolæ S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Impe-
" ratoris Baſilii ad Hadrianum II. Pontificem, per manus Theog-
" noſti Abbatis, miſſæ. Quibus illum magnâ devotione, fer-
" voreque inſtanter obteſtantur, ut ſibi de ſtatutis Concilii octa-
" vi Oecumenici diſpenſare liberet, pro receptione eorum Epiſ-
" coporum in ſuas ſedes, à quibus hos Sancta Synodus octava
" juſtè dejecerat ac dejectos longè à Patria relegaverat. Quòd
" vel à ſcelerato Pſeudo-Patriarcha Photio promoti fuerant, vel
" illius immanibus auſis, & ſacrilego Conciliabulo, ab eo con-
" tra Nicolaum Papam & pro dejectione à throno Conſtantinopo-
" litano impia ipſius S. Ignatii, congregato, partim circumven-
" ti ſchiſmaticorum fraudibus, partim nimiùm crudeliter ab ipſo
" Photio, Imperatoris Michaëlis tyrannide corroborato vexati
" ſubſcripſerant. Pro quibus pænitentiam agentibus factique
" ſui crimen execrantibus, ne in æternum ſuis orbarentur Ec-

„ cleſiis, hanc decretorum Concilii diſpenſationem, ipſi, Igna-„ tius Patriarcha, Baſiliuſque Imperator ab ipſo Papa, ut ex eo-„ rum Epiſtola ad eum videre eſt, ſummis magnoperè conten-„ dentes precibus, efflagitarunt.

„ Quam liber, & immunis Rom. Pontifex ſit ab omnibus „ cujuſcumque eminentiſſimæ Poteſtatis in terra legibus, ſo-„ liuſque Dei legibus parêre teneatur, illi ipſi Patres, qui Oe-„ cumenicis Conciliis judices, ac rei, ſententiæque moderato-„ res interfuerunt, affirmare minimè dubitarunt, cùm in Con-„ cilio Generali ſententiam paſſo, ad Sedem Apoſtolicam pro-„ vocanti acquieſcendum deferendumque eſſe judicaverint. Sic „ enim in Concilio Sardicenſi, quò Patres ac Epiſcopi Nicænæ „ Synodi, convenerunt cap. 4. Oſius Sedis Apoſtolicæ Legatus „ dixit. *Quòd ſi aliquis Epiſcopus adjudicatus fuerit, ſcilicet malè judi-„ catus, ut exponit gloſſa, in aliqua cauſa, & putat ſe habere bonam cau-„ ſam, ut iterum Iudicium renovetur, ſi vobis placet, S. Petri Apoſtoli me-„ moriam honoremus, ut ſcribatur vel ab his, qui examinaverunt, vel e-„ tiam ab aliis Epiſcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano „ Epiſcopo. Et ſi judicaverit renovandum eſſe judicium, renovetur, & det „ Iudices. Si autem probaverit talem cauſam, ut ea non refricentur, quæ „ acta ſunt, quæ decreverit Rom. Epiſcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo „ omnibus placet, ſtatuatur. Synodus reſpondit. Placet.* Si à Concilio ad „ Papam, etiam ex ipſius Concilii conſenſu provocandi janua „ pateat, certè Papæ judicium Concilio ſubmitti non poteſt, „ ſed ſoli Deo, ut ſuprà pluribus demonſtravimus, reſervatur: „ Hoc ſacra & Apoſtolica ſanctio, cap. *ſignificaſti* de electione & „ electi poteſtate definivit, ubi circa finem hæc habet. Paſchalis „ Papa ex Epiſtola ad Panormitanum Archiepiſcopum *Ajunt, in „ Conciliis ſtatutum non inveniri* (ſcilicet ut ante præſtitum juramen-„ tum Papæ, non detur pallium electo Archi-Epiſcopo) cui reſ-„ pondet objectioni Paſchalis Pontifex: *Quaſi Romanæ Eccleſiæ „ legem Concilia ulla præfixerint: cùm omnia Concilia per Romanæ Eccleſiæ „ authoritatem, & facta ſint, & Robur acceperint, & in eorum ſtatutis „ Romani Pontificis patenter excipiatur authoritas.*

Aſſentitur Petrus de Marca lib. de concordia Sacerdotii & Imperii Præfat. 2. N. 14. aiens. " libro 3. oſtendi, ſummam re-

mit-

"mittendorum Canonum authoritatem eſſe penes ſummum "Pontificem: qui veniam facere poteſt non ſolùm decretorum "Romanæ Sedis, ſed etiam Canonum à Conciliis Oecumenicis "editorum. Itaque, ſi aliquando accidit ut derogationum vel "diſpenſationum ratio non habeatur, obſervavi, difficultatem "non proficiſci, ex eo, quòd Galli exiſtiment, derogandi, vel "diſpenſandi poteſtatem non competere Summo Pontifici ſi de "generalibus Conciliis agatur. "Imò Petre, hoc eos exiſtimare, nupera Cleri Gallicani declaratio palam pronuntiavit. Proſequitur ille libro 3. à ſe citato cap. 7. N. 2. "Itaque non agimus "cùm Sede Apoſtolica, quaſi cùm poteſtate quadam certis regu-"lis ita devincta, ut eas nullo caſu egredi poſſit, cùm ſciamus, "Canonum diſpenſationem, cujus eſt in politia Eccleſiaſtica "frequentiſſimus uſus, Summo Pontifici concreditam, ſed ve-"luti ex pollicitatione, quam ſuis Decretis, Canonum & con-"ſtitutionum executionem ſpoponderunt, à Petri Succeſſori-"bus cum debita reverentia exigimus". Iſtorum quidem obſervantiam ſupplici prece expoſcere, nihil Apoſtolicæ Sedis authoritati detrahit: ſed nuperus Cleri conſeſſus, longè aliud, nempe omnem poteſtatis Apoſtolicæ uſum per Eccleſiaſticos Canones moderandum, & coarctandum declaravit, ita ut intra eorum limites ſeſe continere obſtringatur, nec eis derogare, nec illos relaxare ullo pacto valeat. Qui ſi P. Didacum Lainez Societatis Jeſu Rectorem Generalem in Concilio Tridentino de hoc argumento perorantem audiſſet. Ut Palavicinus memorat lib. 21. cap. 6. N. 12. diſcere licuiſſet, quòd, cùm diſpenſandi in Eccleſiæ legibus, receptiſque Canonibus, ac illos moderandi uni Papæ à Chriſto Domino ſit collata poteſtas in commodum fidelium, "quantumvis ille ſe voto obſtrinxiſſet (cujus ſtrictius eſt vincu-"lum vinculo pollicitationis) ad numquam, diſpenſandum, iſtius "equidem voti obligatio locum non haberet, quando charitas "dictaret, congruum eſſe ut diſpenſetur". Quæ autem diſpenſandi, eadem & corrigendi Canones ratio eſt ac facultas.

Pragmaticæ ſanctionis ortus & occaſus.

ET ne huc ex univerſo Oriente ac Occidente Catholico exemplorum ſubſidium accerſere, ſit opus, quæ fidem faciant, quoties ab omni ævo Synodales conſtitutiones & leges per Apoſtolicam Sedem, hæ relaxatæ & enervatæ, hæ ſublatæ ſeu immutatæ, etiam intra ipſam Gallicanæ Eccleſiæ ditionem fuerint, de multis, unam illam famoſam Sanctionem Pragmaticam, abortivum Baſileenſium fœtum, à Bituricenſi cœtu exceptum, à Carolo Rege ſolicitè educatum, produxiſſe ſuffecerit. Ejus incunabula Eccleſiaſticus Annaliſta Bzovius ad an. 1461. n. 18. nativo ſchemate exhibiturus ita infit. " Dicere hìc breviter convenit, quid ſibi Pragmatica Sanctio, & quomodò apud Gallos locum ſibi vendicaverit. Pragmaticam Sanctionem quidam reſcriptum Principis eſſe dixerunt: nos melius Sanctionem de cauſis poſſumus appellare. Pragma enim græcè, latinè cauſam ſonat. Apud Gallos autem Pragmatica Sanctio, lex quædam de negotiis Eccleſiaſticis fuit, Epiſcoporum conſenſu, & Regis edictô firmata. Ejus origo ex Baſileenſi Concilio in hunc modum prorupit. Inter Patres, qui Baſileæ convenerunt & Eugenium Pontificem Maximum, complures viguêre diſcordiæ, quæ multorum malorum in Chriſtiana religione ſeminarium fuêre: durante diviſione, & ſedente Concilio, cum authoritas quæ quondam Epiſcoporum conſuevit eſſe, non Abbatibus tantùm, ſed Præpoſitis, Prioribus, Canonicis, ſimplicibus Presbyteris, & vilibus Monachis communicaretur, multa illic decreta præter bonum & æquum edita ſunt, ad enervandam Romanæ primæque Sedis eminentjam; ſicut in multitudine conſuevit, quæ ſemper inimica Principi, popularem affecrit libertatem. Aderant ex Gallia Germaniaque multi inferioris gradûs homines Eccleſiaſtici, qui cùm non potuiſſent culpâ ſuâ, in Romana Curia creſcere, eò ſe contulerant, atque ingentibus odiis Apoſtolicam Sedem proſequebantur. Aderant & nonnulli Epiſcopi propter ſcelera, ſuis ejecti ſedibus; qui duces plebis in Concilio facti, condendarum legum Authores fuerunt, ea ſuadentes,

dentes, quæ maximè grata multitudini viderentur, & Romani Pontificis poteſtatem, dignitatemque reſtringerent. Tunc de Conciliis per decennium celebrandis ſtatuta lex eſt, & univerſali Synodo, ſubjectum eſſe Romanum Præſulem, declaratum &c.

Ediderunt & alia multa, quæ ſpeciem quamvis præ ſe ferrent honeſtatis, plena tamen fuere veneno. Si codicem illorum decretorum legeris, qui permagnus eſt, pauca invenias, quæ non, aut Primæ Sedis odio, aut effrenatæ libertatis cupiditate conſtituta videantur. Ea cum accepiſſent Galliarum Epiſcopi, Eccleſiam Regni ſui apud Bituriges convocavêre; & inſpecto decretorum volumine, ea, quæ ſunt viſa ſibi utilia, acceptaverunt, alia rejecerunt. Perpaucas conſtitutiones, ut promulgatæ fuerant in Concilio, admiſerunt: & alias quidem truncaverunt, alias extenderunt, tamquam legis condendæ authoritas apud eos eſſet. Condiderunt ſuo ex arbitrio novum decretorum Codicem, in quo cuncta comprehenderunt quæ vel Conſtantiæ, vel Baſileæ in Apoſtolicæ Sedis derogationem atque contemptum ſancita fuêre. Nec veriti ſunt per ſeipſos Romano Pontifici legem præſcribere, atque cancellos, ultra quos progredi nequeat, ſtatuere. Erat jam ſextus ac decimus annus Regni Caroli, Incarnationis verò Dominicæ octavus ac trigeſimus ſupra milleſimum & quadringenteſimum, cum Prælati Galliarum nonis Julii peractum Pragmaticæ Sanctionis librum eidem Carolo approbandum obtulerunt: qui oblitus, ut dixi, quantis ſe beneficiis cumulaſſet Apoſtolica Sedes, miſſo Nicolao Cardinali S. Crucis, qui Burgundos ſibi conciliaverat, profanas & iniquas conſtitutiones approbavit, & in omni ditione ſua ſervari mandavit, graviſſimis pœnis adversùs eos ſtatutis, qui contra facerent. Decretum ipſum Regis & conſtituta Prælatorum, Pragmaticæ Sanctionis nomen obtinuêre.

In illa, ut advertit Spondanus ad an. 1438. n. 21. & 22. Recepta in univerſum ſuére decreta de authoritate & poteſtate Conciliorum generalium, temporibuſque & modis eorum convocationis, de validitate Concilii Baſileenſis &c. quibus Rex vim & robur legis publicæ indidit, ac inter cæteras Regni leges recenſeri voluit, eo conſilio, (quod l. 2. cap. 16. n. 6. annotavit Petrus de Marca) ut vigorem à ſuo edicto, non autem à Baſileenſi

Concilio obtinerent. Hæc, ut refert Bzovius ad an. 1438. r. 69. cum Carolus publicaſſet, Eugenius tùm pragmaticam damnavit, tùm Regem admonuit, ne quidquam adversùs Sedem Apoſtolicam, aut ſtatuere, aut conari auderet: quippe quæ haberet Deum protectorem, ac vindicem, potentem ulciſci omnem injuriam illatam. Exemplo Eugenii, qui deinceps fuere Romani Pontifices Nicolaus V. Calixtus III. & Pius II. illam, tamquam pernicioſam hæreſim continentem execrati ſunt. Nec impunè fuit Carolo Regi eam Pragmaticam ſancienti &c. Quæ tandem, teſte Spondano nu. 23. penitus abrogata fuit, tum iiſdem de cauſis, propter quas quas decreta Baſileenſia, è quibus maximam partem hauſiſſet, abrogata fuêre; tum quod nonniſi poſt illius diſſolutionem, in manifeſtum declarationis Eugenii contemptum id præſtitiſſe exiſtimata ſit: præter multiplicia alia ſcandala, ab Ænea Silvio, ſive Gobellino enumerata, quæ in ipſos etiam Præſules cæteroſque Eccleſiaſticos reciderunt, dum hâc Pragmaticâ in libertatem ſe aſſerere arbitrantes, in ſervitutem ſæcularium Judicum redacti ſunt. Ac contra eam ipſoſque ejus fabricatores ac Regis edictum, Archiepiſc. Toloſanus eodem tempore tractatum edidit, uti & Epiſcopus Biterrenſis, ſicut ſuperiùs viſum eſt. Interim ſucceſſit Carolo in Regnum Ludovicus Delphinus, qui à Pio II. de eliminanda Sanctione monitus, tactis ſacro-ſanctis Evangeliis, palam promiſit, eam ſeſe propediem abdicaturum, quod & brevi poſt præſtitit, ſcriptis ad Pontificem litteris in hæc verba: *Te Vicarium Dei viventis ea veneratione proſequimur, ut ſacra tua præſertim in Eccleſiaſticis monita, veluti vocem Paſtoris audire, illiſq; parere promptâ mente velimus. Quapropter, Beatiſſime Pater, etſi conſtitutio quædam in Regno noſtro, quam Pragmaticam vocant, magno Prælatorum conventu, magnâ temporis deliberatione concluſa fuerit, & jam callum obducta, quietum propè fixerit ſtatum, Tu tamen Tuis ad nos litteris illam à noſtro Regno auferri, explodi, abrogariq; flagitas &c. Omnibus itaque victimis potiorem obedientiam intelligentes, aſſenſi ſumus his, quæ Tuo nomine nobis aperta ſunt, ipſam ſcilicet Pragmaticam Sanctionem, Tibi Tuæq; Sedi eſſe infenſam, utpote quæ in ſeditione & ſciſmatis tempore, atq; per ſeditionem, ſectioniſq; à Tua Sede figuram, nata ſit, & quæ dum Tibi, à quo ſacræ leges oriuntur & manant, quantamlibet eripit authoritatem, omne jus & omnem*

legem

legem diſſolvit; abroganda ſit ipſa Pragmatica pellendaq; à noſtro Regno. Quippe quæ adverſus Tuam Sedem Eccleſiarum omnium Matrem, ab inferioribus Prælatis lata ſit, tamquam, ut Scriptura loquitur, quomodo ſi elevetur virga contra levantem ſe, aut baculus, qui utique lignum eſt. Quæ quidem, Beatiſſime Pater, licet plerique docti homines confutare niterentur atque diluere, multiſq; nos dehortarentur, abrogare Sanctionem ipſam, Te tamen Principem totius Eccleſiæ, Te Antiſtitem ſacrorum, Te Dominici gregis Paſtorem profitemur & ſcimus, Teq; jubentem ſequimur. Tibi & Beatiſſimi Petri Cathedræ conſentimus & jungimur. Itaque, ſicut mandaſti, Pragmaticam ipſam à noſtro Regno, noſtroq; Viennenſi Delphinatu, & omni ditione noſtra per præſentes pellimus, dejicimus, penituſq; abrogamus. Et quam qualemque ante Pragmaticæ ipſius editionem, circa Eccleſiarum, Beneficiorum, aliarumque rerum ſpiritualium diſpoſitionem, cenſuram, moderationem in Regno noſtro omnique ditione noſtra, Tui Prædeceſſores Martinus V. & Eugenius IV. Romani Pontifices habebant & exercebant, talem, eamdemque noſtro adjutori, Beatiſſimo Petro, Tibique ipſius Succeſſori reddimus, præſtamus & reſtituimus, cum ſummo Imperio, cum judicio libero, cum poteſtate non coarctata &c.

Ubi obſervat Spondanus ad an: 1461. N. 14. Quòd ea " quæ ,, dicuntur de contradictione plurimorum Doctorum virorum, ,, intelligenda ſint de Univerſitate Pariſienſi, quæ non dubitavit ,, tam à Rege, quàm à Pontifice ad futurum Concilium appel- ,, lare. Extantque inſuper ſæpiùs excuſa graviſſima monita, octo- ,, ginta quinque Articulis comprehenſa, quæ Parlamentum Pari- ,, ſienſe aliâ occaſione, ſuper his à Rege, poſt Pii obitum, conſul- ,, tum obtulit. Adeò ut haud facilè fuerit Pragmaticæ uſum jam ,, à multo tempore ſtabilitum tollere, pro qua fuit deinceps non ,, ſemel contendendum". Sed fruſtrà. " Deërat enim authoritas ,, Apoſtolica, quæ totius diſciplinæ Eccleſiaſticæ anima cenſeri ,, debet. Putamuſque Pium tanto ardore ejus abrogationi incu- ,, buiſſe, potiſſimùm quidem, quòd depreſſioni eſſet authoritatis ,, Sedis Apoſtolicæ; deinde verò, ne quid ex reprobatis actibus " Concilii Baſileenſis, cujus partus Pragmatica erat, ſupereſſet". Deinde anno 1512. quo Concilium Lateranenſe à Julio PP. II. celebrari cœptum erat, in ſeſſione quartâ ejuſdem Pontificis juſſu lectæ ſunt jam memoratæ Regis Ludovici ad Pium II. lit-

teræ de abrogatione Pragmaticæ Sanctionis. Decrevitque Julius monitorium contra Prælatos, Capitula, Parlamenta, Principes Galliæ, ipſumque Regem, ad comparendum intra 60. dies, cauſamque dicendam, quare dicta Pragmatica abrogari non deberet. Monitorii hic eſt tenor: *Iulius &c. Licet Sacrorum Canonum inſtituta, SS. Patrum, & Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, & in Generalibus legitimis Conciliis, pro defenſione Eccleſiaſticæ libertatis, dignitatiſque Sedis Apoſtolicæ tuitione, conſultiſſimâ deliberatione ſancita, inviolabiliter ab omnibus cuſtodiri oporteat, ipſorumque decreta, veluti divinâ inſpiratione edita, immutabilia cenſeantur: Romanus tamen Pontifex, qui Regis æterni, rerumque omnium & jurium conditoris, licet imparibus meritis vicem tenet in terris, cum hujuſmodi decreta ſaluberrima & honeſta, hominum calliditate & ambitione vergi conſpiciat in abuſum, & humanas traditiones Chriſti legibus anteferri, ut Eccleſiæ indemnitati & libertati opportunè ſubveniat, & præſumptam curet deponere malitiam perverſorum, eorumque conatibus occurrat, interdum cogitur abuſiones & humanas traditiones hujuſmodi, nullas & invalidas declarare & abrogare, prout temporum & locorum qualitate penſatâ, id conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem diſplicenter per nos pluries accepta, per multa temporum ſpatia, per nonnullos Prælatos Gallicæ Nationis, & Nobiles Laicos ac alios illis faventes, præſertim cujuſdam ſanctionis prætextu, quam ipſi pragmaticam vocant, Apoſtolicæ Sedi, ſanctæque Romanæ Vniverſalis Eccleſiæ Capiti, libertati & authoritati enormiter detractum, Canonibuſque præfatis derogatum fuiſſe, rem adeò pernicioſam, in Dei offenſam, & Eccleſiæ præfatæ vilipendium, & evidens detrimentum ampliùs ferre nequeuntes, cum Sanctio ipſa ab omni ad id poteſtate carentibus, nullorumque Romanorum Pontificum, aut Generalium legitimorum Conciliorum authoritate facta, ſed quodam abuſu tantùm in illis partibus introducta & obſervata fuerit, illaque cum in ea contentis, nulla & invalida meritò declarari & abrogari debebat, quam etiam claræ memoriæ Ludovicus XI. Francorum Rex abrogavit, ut in ejus patentibus litteris deſuper confectis pleniùs continetur &c. Nos igitur, quorum intereſt ne indefenſa Eccleſiaſticæ libertatis ratio in extremo judicio requiri poſſit, & perverſorum, & ambitioſorum protervia diutiùs convaleſcat, declarationis, abrogationis & diſcuſſionis negotium, monitionis & citationis ſtatutum & decretum hujuſmodi debitæ executioni demandare, omnes & ſingulos Gallicos Prælatos, Capitula, ſeu Conventus, Parlamenta & Laicos illis faventes, cujuſ-*

cujuſcumque dignitatis, etiamſi Regalis extiterint, Sanctione præfatâ abutentes, ſeu illam approbantes, omneſque alios & ſingulos ſuâ communiter vel diviſim intereſſe putantes (ut præfertur) ex certa noſtra ſcientia, authoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, primò, ſecundò, tertiò, & peremptoriè citamus, monemus & requirimus, quatenùs infra ſexaginta dierum ſpatium à die præſentium, in locis ſupradictis affixionis, numerandum, quorum viginti pro primo, alios viginti pro ſecundo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino, monitione Canonicâ aſſignamus, ad comparendum coram Nobis & Concilio Lateranenſi præfato, cauſaſque dicendas, quare Sanctio præfata, illiuſque corruptela & abuſio, in concernentibus authoritatem, dignitatem & unitatem Eccleſiæ Romanæ & Sedis, Canonumque & Eccleſiaſticæ libertatis prædictorum violationem, nulla & invalida declarari, decerni, & abrogari non debeat &c.

Sub finem anni ſequentis Claudius Seiſſellus Maſſilienſium Epiſcopus, & Ludovicus Forbin Soleriorum Toparcha Oratores Regis Chriſtianiſſimi Ludovici XII. atque ab ipſo Procuratores expreſsè conſtituti, Domino Papæ Leoni X. qui Julio ſucceſſerat mandatum Regium obtulerunt, quo profitetur Rezo, " quod pa-„ternis Suæ Sanctitatis monitis, & ſuaſionibus abundè permo-„tus prætenſo Piſano Concilio plenariè renuntiarat, ac purè, li-„berè, & ſimpliciter ſacro-ſancto Lateranenſi Concilio, tam-„quam vero, unico, & legitimo adhæreret; quodque venturi „eſſent aliqui Prælati, & inſignes viri nomine totius Eccleſiæ „Gallicanæ cum ſufficienti mandato, quod dicto Concilio Late-„ranenſi adhærebunt, & aſſiſtent". Eum in finem prænominatis Oratoribus ſuis, & Procuratoribus ſyngraphum miſit, " ad „petendum nomine ſuo, & Eccleſiæ Gallicanæ terminum, & „dilationem competentem pro dicta Eccleſia Gallicana, ut in-„terea poſſint congregari, deputari & mitti aliqui Prælati, & „aliæ notabiles perſonæ ad ſe præſentandum in dicto ſancto La-„teranenſi Concilio, & ibidem pro facto Pragmaticæ Sanctio-„nis reſpondendum. Et inſuper ad requirendum à præfato San-„ctiſſimo D. N. & Sacro Concilio Lateranenſi prædicto, ne ullo „modo velint procedere in facto Pragmaticæ Sanctionis, dictâ „Eccleſiâ Gallicanâ & Procuratoribus & deputatis non auditis."

Poſt quæ Papæ oblatus eſt libellus contra Parlamentum Aquenſe in Provincia Provinciæ, inter cætera gravamina etiam continens & illud. " Quòd damnatam Pragmaticam Sanctionem

" in eadem Provincia imprudenter introducere, & obſervari fa-" cere ſatagant". Quare & expeditum in Præſidentes, Conſiliarios, officiales, alioſque ibi expreſſos monitorium pænale, ut " ſub trium menſium termino debeant ab ejuſdem damnatæ Prag-" maticæ Sanctionis introductione & abuſu, & aliis quibuſcum-" que exceſſibus contra libertatem Eccleſiaſticam, & in vilipen-" dium ac contemptum Sedis Apoſtolicæ tendentibus, de cætero " penitùs ſe retrahere, & abſtinere, ac de caſſatione, revoca-" tione, & declaratione hujuſmodi per publica documenta ibi-" dem voce præconis bannita,& publicata coram Veſtra ſanctita-" te in hoc Sacro Concilio legitimè doceant: & nihilominùs " perſonaliter & non per Procuratorem coram veſtra Sanctitate, " vel alio judice per eamdem deputando, ad ſe de præmiſſis excu-" ſandum, & juri ſtandum ſub pænis &c. Spopondit illorum omnium nomine Regius Orator Ludovicus de Soleriis per publicum inſtrumentum, " quod dicti Conſiliarii & Parlamentum, " decreta hactenus contra Eccleſiaſticam libertatem & Canoni-" cas, & Pontificum Sanctiones, & facta ac geſta revocarent, " caſſarent, & annullarent, ac eiſdem litteris monitorialibus ex-" preſsè obedirent, & obtemperarent, ac facerent, & exeque-" rentur in futurum in omnibus, & per omnia, prout in eiſdem " litteris monitorialibus pleniùs continetur. Prout etiam ipſi jam " in partibus publicè revocaverant,caſſaverant,&annullaverant& "alia fecerant prout in publicis documentis deſuper factis conſtat &c. Nec diſtulerunt Conſiliarii Regii, qui perſonaliter aderant, ea omnia confeſtim exequi", & in præfato Domini de Soleriis "inſtrumento contenta ratificare, approbare, & emologare, "Sicut videre eſt in actis quæ inter cætera illius Concilii extant.

Tardiores videbantur ad comparendum Gallicanæ Eccleſiæ Prælati & deputati. Quæ cauſa fuit, quod idem Pontifex novum diploma publicari juſſerit in hæc verba. *Leo &c. Cùm inter alia in hoc Sacro Concilio expedienda, quid ſuper Sanctione per nonnullos Prælatos Gallicæ Nationis, tam Clericos quàm Laicos etiam nobiles, ac alios illis faventes, quam ipſi Pragmaticam vocant editâ, determinandum & declarandum foret, expedire, & declarare ſummoperè deſideraremus, prout etiam felicis record. Iulius Papa II. prædeceſſor noſter, bujus Conci-*

lii

lii indictor deſiderabat: & Prælati & alii Clerici ac laici præfati, ad comparendum, tam coram Præfato Iulio prædeceſſore, quam Nobis pluries citati fuerint, & eorum contumacia in dicto Concilio ſæpiùs allegata, ſeu accuſata extiterit. Cumque Poſtmodum pro parte Prælatorum, Clericorum, & laicorum etiam nobilium ac fautorum prædictorum, ad hoc (ut præfertur) legitimè vocatorum allegatum fuerit, nullum locum per quem tranſeundum eſſet, & tutè venire ad comparendum poſſent habere. Nos ne eo prætextu quoquo modo ſe excuſare poſſent, à communitate Ianuenſi, per quorum loca tutè ad Romanam curiam, ad allegandum ea quæ in hujuſmodi cauſa Pragmatica allegare voluerint, amplum ſalvum conductum concedi curavimus, & eiſdem aſſignari &c. Simul ac iſtud diploma traditum fuit Oratori Regis Chriſtianiſſimi, "acceſſit (ut eſt in actis) ad pe-" des Sanctiſſimi Domini Noſtri, & dixit excuſando Prælatos " Eccleſiæ Gallicanæ, profitentes Pragmaticam ſanctionem, quod " Prælati Franciæ fuerunt impediti & prohibiti comminatio-" nibus & detectis inſidiis inimicorum ejuſdem Regis Chriſtia-" niſſimi non verentium cenſuras, & ideo Beatitudo veſtra tunc " illos excuſatos habuit, cùm igitur eodem notorio impedi-" mento perdurante ipſi ad hoc Concilium venire non potue-" rint, donec liberè liceat, & expeditè; ſupplicatur humiliter " pro parte illius Gallicanæ Eccleſiæ, quòd & nunc Sanctitati " veſtræ placeat, illam, eoſdemque Prælatos excuſatos habere, " & ità pro ſua prudentia ſolita providere, quòd tutus eſſe poſſit " acceſſus ac expeditus, ad eamdem Sanctitatem, & Sacrum " Concilium. Tunc etenim & quamprimùm ad Sanctitatis ve-" ſtræ pedes Prælati ipſi, aut alii dictæ Eccleſiæ nomine venient, " imò obtemperaturi ejuſdem imperio, & S. Sedis Apoſtolicæ &c. Similis ferè tenoris excuſatorias, & ſubmiſſionis pleniſſimas dudum antè dederant Prælati ipſi Pragmaticam profitentes poſtquam quatuor jam menſes in itinere Romam verſùs exegiſſent, ob denegatum ſalvum conductum", orantes & totis a-" nimis obſecrantes ut iſta denegatio moram ſuam excuſet, & " promptam, quæ in ipſis erat, voluntatem parendi nequaquam " obſcuret.

Tandem idem Pontifex poſt colloquium cum Chriſtianiſſimo Rege Franciſco I. Bononiæ habitum, cuncta hactenus relata re-

cenſens, finem iſti negotio impoſuit per Conſtitutionem ſuam, quæ incipit, *Paſtor æternus*, in hæc verba. *Sanè felicis record. Iulius Papa* II. *Prædeceſſor noſter providè conſiderans Bituricenſem Regni Franciæ corruptelam, quam illi Pragmaticam Sanctionem vocant, cùm maximo animarum periculo, & ſcandalo, ac dignitatis Sedis Apoſtolicæ detrimento, & vilipendio, retroactis temporibus viguiſſe, & adhuc vigere, ejuſdem Pragmaticæ Sanctionis negotium diſcutiendum certis tunc nominatim deputatis Cardinalibus, & Prælatis certæ Congregationis commiſit. Et quamquam ſanctio præfata, ex multis nullitati notoriæ ſubjaceret, ſchiſmaq; manifeſtum foveret, & contineret, & propterea citatione aliqua minime præcedente, per ſe irrita, nulla, & invalida declarari potuiſſet, ex abundanti tamen cautela idem Iulius Prædeceſſor Gallicos Prælatos, Capitula Eccleſiarum & Monaſteriorum, Parlamenta & Laicos illis faventes, & dictâ Sanctione utentes, omneſq; & ſingulos alios, in præmiſſis ſuâ communiter vel diviſim intereſſe putantes, per edictum publicum, cum ad partes illas tutus tunc non pateret acceſſus, in Mediolan. Aſten. & Papien. Eccleſiarum Valvis affigendum, monuit, & citavit, ut infra tunc expreſſum terminum coram eo, & dicto Concilio comparerent, cauſaſq; dicerent, quare ſanctio præfata, illiuſq; corruptela, & abuſio in concernentibus auctoritatem Romanæ Eccleſiæ, & Sacrorum Canonum ac Eccleſiaſticæ libertatis violationem, nulla & invalida declarari non deberet. Cumq; dicto Iulio prædeceſſore in humanis agente, diverſis impedimentis cauſantibus, citatio exequi, & reproduci ac negotium abrogationis hujuſmodi plenè diſcuti, ut intentio ipſius Iulii prædeceſſoris fuerat, non potuiſſet; ſed eodem Iulio prædeceſſore rebus humanis exempto, citatio ipſa legitimè executa fuiſſet &c. Nos divinâ favente Clementiâ ad ſummi Pontificatûs apicem aſſumpti, omnibus rite penſatis, petitioni prædictæ, ex certis cauſis nullum tunc reſponſum dedimus, ac deinde cum per dictos monitos & citatos diverſa impedimenta allegarentur, quare in termino eis (ut præfertur) præfixo comparere non potuiſſent, ut omnis juſtæ excuſationis & querelæ occaſio eis auferretur, terminum citationis & monitionis hujuſmodi pluries prorogavimus. Nos maturè attendentes Pragmaticam Sanctionem, vel potius, ut dictum eſt, corruptelam ſchiſmatis tempore, à non habentibus poteſtatem, editam, reliquæ Chriſtianæ Reipublicæ Eccleſiæq; Sanctæ Dei nullatenus conformem, & à clam. mem. Ludovico* XI. *Francorum Rege Chriſtianiſsimo revocatam, caſſatam atque abolitam, authoritatem, libertatem ac dignitatem dictæ Sedis violare*

ac diminuere, prælatis verò Eccleſiaſticis illarum partium cauſam præbere, ut contra Nos & Sedem prædictam eorum Matrem cornua erigant, ipſamq; notoriæ nullitati ſubjacere, conſiderantes ab ipſius Bituricenſis Sanctionis editione vix annos ſeptuaginta fluxiſſe. Nos à tam nefariæ Sanctionis, & contentorum in ea revocatione, retrahi aut deſiſtere ſalvâ conſcientiâ, ac noſtro & ipſius Eccleſiæ honore non poſſe aut debere cenſemus, nec illud Nos movere debet, quòd Sanctio ipſa & in ea contenta in Baſileenſi Concilio edita & ipſo Concilio inſtante, à Bituricen. congregatione recepta & acceptata fuerint; cùm ea omnia poſt tranſlationem ejuſdem Baſileenſis Concilii per Re. Me. Eugenium Papam IV. etiam prædeceſſorem noſtrum factum, à Baſileen. conciliabulo, ſeu potiùs conventicula, quæ præſertim poſt hujuſmodi tranſlationem Concilium ampliùs appellari non merebatur, facta extiterint, ac propterea nullum robur habere potuerint &c.

Cupientes hujuſmodi negotium ad debitum finem perduci, ac tam vigore citationum hactenùs à Nobis & præfato Iulio Prædeceſſore ex abundanti emanatarum, quàm aliorum præmiſſorum, quæ ita notoria ſunt, ut nullâ valeant excuſatione aut tergiverſatione celari, etiam ex Noſtro Paſtorali officio procedentes, omneſque & ſingulos, tam juris quam facti defectus, ſi qui forſan in præmiſsis intervenerint, ſupplentes ex certa noſtra ſcientia & de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, eodem Sacro approbante Concilio, tenore præſentium, præfatam Pragmaticam Sanctionem ſeu corruptelam, ejuſq; approbationem quomodolibet emanatam, omniaq; & ſingula decreta, Capitula, ſtatuta, conſtitutiones, ſive ordinationes in eodem quomodolibet contentas, ſeu etiam inſertas ac ab aliis priùs editas, nec non conſuetudines, ſtylum, uſus ſive potiùs abuſum ex ea in hanc uſque diem quomodolibet emanatos ſeu obſervatos, nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus. Nec non ad abundantiorem cautelam, eamdem Bituricen. ſanctionem ſive corruptelam, ejuſq; approbationem tacitam vel expreſſam, ut præfertur, & in ea contenta omnia & ſingula etiam inſerta quæcumq; revocamus, caſſamus, abrogamus, irritamus, annullamus, ac damnamus, & pro infectis, revocatis, caſſatis, abrogatis, irritatis, ânnullatis & damnatis haberi volumus, decernimus & declaramus: Adjectâ ſub pœnis graviſſimis prohibitione, ne quis illâ utatur, alleget, retineat, nec in archivis etiam Regiis ſervetur &c. Unde liquet abrogationem & damnationem ejuſdem Pragmaticæ à præcedentibus Pontificibus non ſemel factam, demum à Leone X. approbante Concilio

lio Lateranenſi executioni mandatam ne ſcilicet (quod Spondanus advertit) ex ſimplici Regis voluntate videretur ea extincta.

Et ne dubium eſſe poſſit, qua poteſtate irritatoriam hujuſmodi ſententiam tulerit, eam in eadem illa conſtitutione paulò ante declaraverat dicens: *Cum etiam ſolum Rom. Pontificem pro tempore exiſtentem, tamquam authoritatem ſuper omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac diſſolvendorum plenum jus & poteſtatem habere, nedum ex Sacra Scriptura teſtimonio, dictis Sanctorum Patrum ac aliorum Rom. Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, Sacrorumq́ꝫ Canonum decretis, ſed propriâ etiam eorumdem Conciliorum confeſsione manifeſtè conſtet.*

Inde conſequens eſſe, quod Romanus Pontifex quæcumque quorumcumque Conciliorum Decreta & Canones ubivis gentium & Regnorum per univerſam Chriſti Eccleſiam relaxandi, irritandi, ac abrogandi habeat poteſtatem, demonſtrat Cardinalis de Turrecremata lib. 3. ſum. de Eccleſia cap. 52. 3. 4. 5. & 7. hâc inprimis ratione. Ejus eſt Leges publicas relaxare, amovere & abolere, cujus eſt illas condere, & apud quem reſidet ſuprema Reipublicæ authoritas; ſed hujuſmodi in Republica Chriſtiana eſt Rom. Pontifex ſivè Apoſtolica Sedes, in qua Chriſtus D. totius Eccleſiæ Principatum collocavit, & à quo eſt, quidquid poteſtatis habent Concilia Uuiverſalia ad inſtituendos Canones, qui non niſi ipſius authoritate conditi ſunt & inſtituti; Igitur ipſius etiam eſt in illis diſpenſare, moderari, & annullare. Et addit cap. 54. "Hoc etiam confirmat B. Bernardus, qui ad Eu-„ genium ſcribens, Rom. Pontificem nominat *Patrem Regum*, „ *Legum Moderatorem &c.* De qua authoritate in Canonibus diſ-„ penſandis ſive moderandis illuſtre teſtimonium dat Dominus „ Archiepiſcopus Remenſis lib. de Synodis cap. 39. ita dicens. „ Facultatem temperandorum ſive mutandorum Canonum Rom. „ Pontifici potiſſimùm adjacere, non dubitamus, ut Sancti „ Patres docuerunt. Nam B. Gelaſius & Nicolaus Papa I. in de-„ cretis eorum, Symmachus verò in generali Synodo, diverſo „ quidem tempore, ſed eâdem voce, de Rom. Pontificis aucto-„ ritate ità proteſtati ſunt. *Neceſſariâ, inquiunt, rerum diſpoſitione*

con-

„ *conſtringimur, & Apoſtolicæ ſedis moderamine convenimur, ſic Canonum* „ *Paternorum decreta librare, & retro Præſulum Prædeceſſorumque noſtro-* „ *rum Præcepta metiri, ut quæ præſentium neceſſitas temporum in reſtau-* „ *randis Eccleſiis relaxanda depoſcit, adhibitâ conſideratione diligenti,* „ *quantùm poteſt fieri, temperemus.* Habetur 1. q. 7. c. neceſſaria. „ Ne mireris ſi Rom. Pontifices hanc peculiariter habuerunt „ poteſtatem, ut canones pro tempore diſpenſarent. Ipſi enim „ ſunt authores Canonum & illa ſedes ſemper hoc Privilegium „ habuit, ut ligatum & ſolutum ſit, quidquid ipſa ligaverit & „ ſolverit. Unde juxta atteſtationem Sanctorum Patrum, omni- „ bus Eccleſiis præeminet & de omnibus judicare poteſt. Hæc „ ille. De neceſſitate verò ponendi hanc poteſtatem in Rom. „ Pontifice, idem Doctor in eodem cap. ita dicit. Nequaquam „ autem Eccleſiaſtica diſciplina conſiſtere poſſet, ſi non Præſul „ Apoſtolicus illam authoritatem haberet de Canonibus quam „ ſuprà retulimus. Nam præcedentium Patrum ſtatuta Eccleſi- „ aſticam diſciplinam aliquando non tam inſtituerent, quàm con- „ funderent, ſi nullâ ratione à ſucceſſoribus eorum mutari poſſent, „ cum tamen neceſſitas temporis, nunc minùs, nunc ſeveriùs in- „ cedendum perſuaderet; quod illum non latebit qui præceden- „ tium Patrum & ſubſequentium ſtatuta diligenter inveſtigare „ curaverit. Eſt ergo Privilegium Apoſtolicæ Sedis, ut judex ſit „ Canonum & decretorum, ut pro temporis conditione & „ rerum neceſſitate, nunc intendat, nunc remittat, prout neceſſi- „ tati & utilitati Eccleſiæ expedire proſpexerit."

In cuius probationem capite ſequenti plurima adducit exempla: cap. autem præcedenti idem ex eodem principio docuerat de poteſtate temperandi ac interpretandi Canones. Quia nempe „ Romani Pontificis authoritate ſunt conſtituti. Patet ex C. *ideo* „ 25. q. 1. § *His.* ubi dicitur. *Sacri quidem Canones, ita aliquid con-* „ *ſtituunt, ut ſuæ interpretationis authoritatem S. Romana Eccleſia reſer-* „ *vent.* Et rationem ſubiungens ait. *Ipſi namque ſoli Canones valent* „ *interpretari, qui jus condendi eos habent.* De hac Rom. Pontificis „ authoritate ita teſtatur S. Thomas, q. X. de poten. art. 4. ad „ 13. dicens. *Sicut poſterior Synodus poteſtatem habet interpretandi* „ *Symbolum à priori Synodo conditum, ac ponendi aliqua ad ejus explana-*

" *tionem, ita Romanus Pontifex hoc ſuâ authoritate poteſt, & à quo ſen-*
" *tentia Synodi confirmatur & ad ipſum à Synodo appellatur. Quæ omnia*
" *patent ex geſtis Chalcedonenſis Synodi. Nec eſt neceſſarium, quod ad ejus*
" *expoſitionem faciendam* (adeoque nec ad eorum moderationem, relaxationem ac abrogationem) "*Univerſale Concilium congregetur &c.* Quemadmadum etiam ipſi ſoli competit leges ferre Uuiverſalem Eccleſiam obligantes, tam in materia fidei, Quàm morum, ſine alicujus Concilii ſubſidio, juxta Canonem 7. Gregorii VII. in ſuo Dictatu, ita ſtatuentem, *Papæ ſoli licet pro temporis neceſſitate, novas leges condere.* Et illud etiam quod lib. 2. Epiſt. 67. S. Annoni Archiepiſcopo ſcripſit. *Huic ſancta Romana Eccleſia ſemper licuit, ſemperque licebit contra noviter increſcentes exceſſus, nova quoque decreta atque remedia procurare, quæ rationis & authoritatis edita judicio, nulli hominum ſit fas ut irrita refutare.* Habuitque pro regula Stephanus Epiſcopus Tornacenſis, quod *ſolus Pontifex poteſtatem habeat & condendi novos Canones, & exponendi veteres.* Quod & epiſt. 40. ad Rodulphum Bituricenſem Archiepiſcopum ejuſque ſuffraganeos declarat Nicolaus I. *ſedi Apoſtolicæ facultas eſt, in tota Chriſti Eccleſia leges ſpeciali prærogativâ ponere, ac decreta ſtatuere, atque ſententias promulgare.* Addens hæc non eſſe ſua commenta, ſed Dei inſtituta *B. Petri meritis, Romanæ ſedi collata, quæ & arbitramur etiam vos nullatenus ignorare, & vos affatim in Archivis veſtris recondita poſſidere.* Hæc ſi conſulere congregationi Cleri Gallicani placuiſſet, credi non poteſt, quod Romanum Pontificem ullis Eccleſiæ vel Concilii vel juris poſitivi legibus obnoxium ligari, ſeu Apoſtolicæ poteſtatis uſum per Canones moderandum, & reſtringendum vellent. Quod Cardinalis de Turrecremata loco cit. cap. 51. evincit hoc diſcurſu. Ex ſuperioritate quâ Roma-
" nus Pontifex ſuperior eſt & primatum habet univerſalis Eccle-
" ſiæ, illud patet. Ait enim Nicolaus Papa in cap. *Inferior.* di-
" ſtinct. 21. *Non poteſt judicio inferior potiorem ligare. Nec poteſt qui*
" *minoris authoritatis eſt, eum qui majoris poteſtatis eſt, judiciis ſuis ad-*
" *dicere, aut propriis definitionibus ſubjugare.* Idem patet ex eo quòd
" à Romano Pontifice, ut ſuperiùs extitit demonſtratum, Ca-
" nonum Conciliorum dependet authoritas. Alienum profectò
" à ratione eſt, ut quis legibus illis alligetur coactus, qui legi-

bus

"bus ipſis & vim & authoritatem impartitur: Tota autem po-
" teſtas conſtituendi aliquid in Concilio, à Papa dependet im-
" mediatè, cùm ergo Romanus Pontifex, Princeps Eccleſiæ
" ſit, nullis Eccleſiæ legibus ligatur coactus:" neque per illas ſupremæ ſuæ poteſtatis uſus venit refrenandus.

Magnum aliquid ſe dixiſſe congregatiō illa reputat, quando Apoſtolicæ poteſtatis uſum, non per qualeſcumque, *ſed per Canones Spiritu Dei conditos & totius mundi reverentiâ conſecratos, moderandum declaravit.* Cum tamen hoc ſit commune omnibus, omnium Conciliorum Oecumenicorum & legitimorum decretis, ſtatutis & Canonibus, propter infallibilem Spiritûs S. aſſiſtentiam, Petro ejuſque ſucceſſoribus promiſſam *confirmandi Fratres ſuos* in unum congregatos, eorumque definitiones, à quo & ipſa Synodus immediatè poteſtatem adipiſcitur condendi Canones, ipſique Canones ſuam vim ac valorem. "Pro quo (mo-
" net idem Cardinalis ibidem cap. 57. ad 9. object.) Notandum
" juxta S. Thom. & Doctores, quòd duplex diſtinguitur genus
" Canonum, qui Spiritu S. dictante per plures Sanctos in Con-
" ciliis ſive extra Concilia conditi ſunt. Primùm genus eſt
" eorum quæ ſunt de jure divino: ſicut ſunt Canones pertinen-
" tes ſive ſtatuta ad Articulos fidei aut ad ſubſtantiam Sacramen-
" torum, aut quæ manifeſtam connexionem habent ad legem
" divinam, pertinentia ad bonos mores: & de talibus intelli-
" guntur capitula, ut dicit S. Thom. quæ ponuntur 25. q. 1.
" cap. *violatores c. ſunt quidam c. contra ſtatuta. c. prima ſalus.* Secun-
" dum genus Canonum, eſt eorum, quæ SS. Patres inſtituerunt in
" Conciliis univerſalibus de jure poſitivo. Licet enim Canones
" omnes à SS. Patribus unanimiter, & uno conſenſu editi, cen-
" ſeantur conditi à Spiritû S. ſicut dictante & inſpirante; non
" tamen omnes dicuntur pertinere aut ad legem naturæ, aut ad
" jus divinum, ſicut adverſarii videntur innuere; ſed aliqui di-
" cuntur pertinere ad jus poſitivum. Nam ſi Canones, qui à
" Spiritu S. dicuntur conditi, pertinere ideo dicerentur ad legem
" naturæ, ſive ad jus divinum, indiſpenſabiles eſſent: & ita Ec-
" cleſia erraſſet diſpenſando in Canonibus factis à SS. Patribus.
" Item nec mutari poſſent, qui ſemel eſſent conſtituti: & multa

alia

" alia ſequerentur, quæ omnino ſunt abſurda & inconvenientia.
" In primo genere Canonum, qui pertinere videntur ad legem
" Domini, Papa non diſpenſat nec mutationem facit. In ſecun-
" do verò genere Canonum, ſic; quemadmodum ſæpè dictum
" eſt ' qui eatenùs etiam dicuntur totius mundi reverentiâ con-
ſecrati, quia per Spiritûs S. Oraculum ſtabiliti.

Nolim credere, quod iſta congregatio Gallicana perſuaſum habuerit tantumdem *valere etiam regulas, mores & inſtituta à Regno & Eccleſia Gallicana recepta.* Valent illa quidem, perinde ac aliarum Eccleſiarum particularium regulæ & inſtituta, ſed non pluris valent, ac eòuſque valent, quòuſque Apoſtolicæ Sedi viſum fuerit, ea communis boni ergò, vel relaxare, vel corrigere, vel abolere, non ſecùs ac alias Eccleſiæ leges, quæ ſupremò Apoſtolicæ ſedis imperio ſubſunt ac diſpoſitioni. Niſi forſitan dicatur illas Eccleſiæ Gallicanæ Regulas mores & ſtatuta, extraordinariâ inſpiratione divinâ, ſpeciatim data ac introducta eſſe, quâ Eccleſiæ Canones & decreta in Conciliis Oecumenicis condita neutiquam ſint, ideoque Romani Pontificis poteſtati non ſubiaceant, utpotè ſuperioris rationis & virtutis. Aut certè Gallicanam Eccleſiam ſeorſim ab omni Eccleſiæ corpore peculiaribus prærogativis cælitus locupletatam, Chriſtique ordinatione à vicarii ſui regimine, ſupremaque poteſtate exemptam, divino jure, niti ſic *ut Patrum termini maneant inconcuſſi, & propriam ſtabilitatem obtineant.* Succeſſor Petri Apoſtolicæ ſuæ poteſtatis uſu illos terminos ac limites non attingat. Uno verbo, ut particularis ovium grex, Paſtorem paſcendique uſum cancellis includat, Patri metas filii ponant: Fidei clientes, veritatis Magiſtro regulas præſcribant: ſummum Univerſalis Eccleſiæ Principem & Monarcham, ſubditi ſuis legibus ſtringant & ſubiiciant: quæ in Catholicum ſani hominis ſenſum cadere nequeunt. Proinde cum S. Cyrillo Alexand. quem omnium ſcholarum & Pariſinæ imprimis Angelus Thomas ex lib. theſaur. producit in 4. diſt. 24. q. 3. art. 2. q. 3. & contra errores Græcorum, *ut membra maneamus in Capite noſtro, Apoſtolico throno Romanorum Pontificum. Quoniam ipſius ſolius eſt reprehendere, corrigere, ſtatuere, diſponere ſolvere & ligare loco illius, qui ipſum ædificavit, & nulli alii, quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit. Cui omnes jure divino caput inclinant: & Primates mundi, tamquam ipſi Domino*

Domino Ieſu Chriſto obediunt. Cui inhærendum, aut pereundum. Qui eſt Eccleſiæ fundamentum. Cui ſuam ipſa firmitatem, ac inſuperabilem debet ſtabilitatem; à quo in Synodum coacta legitimam ſine errore definiendi, vel ſanciendi authoritatem participat. In quo ſolo reſidet de controverſiis fidei judicandi poteſtas, quam ipſe unus habet immediatè à Chriſto Domino, ut modò patefiet.

ARTICULUS IV.

Ad ſolam Sedem Apoſtolicam divino, immutabili Privilegio ſpectat de controverſiis Fidei judicare.

VErgebat hic jam Tractatus ad finem; cum ecce recrudeſcente lite committimur, non iterum cum Gallicano Clero, ſed cum Theologica Pariſienſi Facultate à qua propoſita aſſertio die 18. menſis Maii ultimi talem retulit cenſuram. " Hæc propoſitio, quatenus excludit ab Epiſcopis, & Conciliis, etiam Generalibus, judicandi de Fidei controverſiis authoritatem, quam habent immediatè à Chriſto, falſa eſt, temeraria, erronea, praxi Eccleſiæ adverſa, verbo Dei contraria, doctrinam renovans aliàs à Facultate reprobatam". Quibus verbis & propoſitio iſta proſcribitur, & proſcriptionis ratio exprimitur; nimirùm: " quatenùs excludit ab Epiſcopis, & Conciliis etiam generalibus judicandi de Fidei controverſiis authoritatem, quam habent immediatè à Chriſto". Ubi ſtatim occurrit de Epiſcopis ſcrupulus.

Vel enim de illis fit mentio, prout per orbem latè diviſi ſingulas ſinguli Sedes occupant & gubernant; tantùm autem abeſt, falſam eſſe, erroneam, temerariam; verbo Dei contrariam doctrinam negantium, Epiſcopos ita conſideratos habere à Chriſto D. immediatè ſuæ juriſdictionis poteſtatem, judicandique authoritatem, ut potiùs veriſſimum ſit dogma, verbo divino conforme, à SS. Patribus

traditum venerandæ vetuſtatis monumentis nixum: Epiſcopalem iſtam poteſtatem à Chriſti in terris Vicario, Romano Pontifice immediatè derivari, quod ſubſequens demonſtrabit diſſertatio. Vel de Epiſcopis ſermo eſt, ut in Oecumenicam Synodum coïerunt. Sic verò à generali Concilio non differunt, ſed illud ipſi conſtituunt, Eccleſiæque corpus componunt. Ex quo conſequens fit, ut unde huic competit judicandi authoritas, competat & illis. " Quòd ſi quis, (Card. de Turrecremata lib. 3. de Eccl. ,, 28. hìc verba uſurpo) " Superiùs dicta de Romani Pontificis Primàtu, & ejuſdem Sedis prærogativis ex Sanctorum Patrum ſententiis ſtabilivimus, perpendat, luce ,, clariùs percipiet: quòd univerſaliter Conciliorum Authoritas à Romano Pontifice pendeat, & emanet; adeoque ad ipſum ſolum divino jure ac privilegio ſpectet de controverſiis Fidei judicare.

In Conciliis generalibus, (appoſitè JOANNES MALDERUS in 22. tract. de Conciliis diſp. 3. dub. 3. N. ad 5.) " definiunt quidem Epiſcopi, ut judices, ſed non definiunt ut infallibiles judices, niſi eo confirmante, cui " dictum eſt. *Et tu aliquando, converſus confirma fratres tuos.* " Et ſine judicio Capitis Eccleſia non cenſetur definire". Idipſum docet JOANNES WIGGERS ibid. dub. 3. & 4. & Card. de Turremata in ſæpè memorato Apologetico ſermone ad Baſileenſium Oratorem habito in Synodo Florentina, n. 10. dicens. "Synodus legitur ſtatuere " & definire, ſententiare, & condemnare: ſed hoc facit non authoritate, quam immediatè ſuſcipiat à Chriſto, ſed authoritate Romani Pontificis, ut dicit Sanctus Thomas tract. contra impugnant. Religion. cujus " verba ſunt. *Sancti Patres in Concilio congregati nihil ſta- ,, tuere poſſunt niſi authoritate Romani Pontificis intervenien- ,, te &c.* Latiùs rem hanc pertractans CHRISTIANUS LUPUS in Scholiis Synodorum p. 4. ad dictatus canon. 21. §. *exponitur alia quæſtio*, Ita Exorditur. "*At ecce " hinc Ioannes Launoius in Epiſtola ad Ioannem Gerbaſium movet " aliam quæſtionem: An generalis Synodus ſine Pontifice non valeat*

" *leat de fide definire ?, Et affirmat valere. &c.* Cui reſpondet; hæc adverſari primis & fundamentalibus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ principiis: quod ibidem fusè & validè perſequitur, & Launoi ſundamenta convellit. Paginâ deinde 742. ait. "*Sexta Synodus, licet juxta Apoſtolicum man-*"*datum & ſuffragium peracta, firmitatem, quam morte præven-*"*tus non dederat S. Agatho, petivit ac impetravit à S. Leone II.* "*nec ante ſe credidit firmam. Nam viduata Eccleſia novas defini-*"*re quæſtiones, aut novos condere Canones numquam attentabit*". Referenſque Petrum Cardinalem de Aliaco dicentem, "*Authoritas decernendi & definiendi non eſt attribuenda ſoli Pon-*"*tifici, ſed toti Concilio generali, contrariumq́ ſentientes adu-*"*lari poteſtati Papali*", *ſubdit.* "*Exiſtimo Conſtantinopolita-*"*nam, Chalcedonenſem, Quintam, Trullanam, ac Septimam* "*Synodos non fuiſſe Papalis poteſtatis adulatrices: & tamen ſuos* "*Canones, & alia quadam acta, quòd ſolus Papa contradiceret,* "*confeſſa ſunt eſſe infirma & caduca*". Et pag. ſeq. recitat S.Gelaſii verba hæc:"Totum in Apoſtolicæ Sedis poſitum "eſt poteſtate. Ita, quod firmavit in Synodo Sedes Apo-"ſtolica, hoc robur obtinuit, quod refutavit, habere "non potuit firmitatem. Et ſola reſcidit, quod præter "ordinem congregatio Synodica putaverat uſurpandum. "*Lucidè adfirmat ſolius Pontificis ſuffragium unanimi totius Sy-*"*nodi ſuffragio eſſe potentius, ac prævalere. Adfirmat iſto ſuffra-*"*gio ac mandato deſtitutas Synodos nihil judicare poſſe, imò nec* "*ventilare. Hinc Orientalibus Patriarchis atque Epiſcopis ſcri-*"*pſit Nicolaus I.* Vos, ut antiquum morem ſervetis, neque "judicetis, neque approbetis quidquam, ſine noſtra au-"thoritate.

"*Quòd nullus Epiſcopus, nullus Patriarcha, nulla Diœceſis,* "*nulla etiam Oecumenica Synodus ſine Romani Epiſcopi, atque* "*Romanæ Eccleſiæ authoritate definire poſſit de dogmatis quæſtio-*"*nibus, Gallicana olim Eccleſia conſtantiſſimè tenuit, atque ita* "*certum eſt nobis, rem novam à Ioanne Launoio prædicari. Evi-*"*denter hoc lucet ex cauſa Gilberti Porretani, Pictavienſis Epiſ-*"*copi &c.* "Tum pag. 748. concludit: "*Conditum igitur à* "*Gallicana Eccleſia Symbolum circumduxit, atque abolevit Ponti-*

''*fex, & ipſe uſque hodie altiſſimâ voce clamat ad omnes ubique fide-*
''*les:* Non Gallicana Eccleſia, ſed ſolus Romanorum E-
'' piſcopus poteſt dogmaticas quæſtiones definire. *Quòd*
'' *igitur ſola Apoſtolica Sedes de Fide, aut Generali totius Eccleſiæ*
'' *diſciplina definire poſſit, rectiſſimè ex avito Gallicanæ etiam*
'' *Eccleſiæ ſenſu dixerunt nuper Domini Cardinales, & Ioannes*
'' *Launoius ſine fundamento impugnat. Quomodo Gallicana Ec-*
'' *cleſia poſſet recedere à perpetuo, quem ipſi etiam ſervarunt Apo-*
'' *ſtoli, & ſuo exemplo fixerunt in immobilem Canonem, totius*
'' *Chriſtianitatis more? Etenim nullus Apoſtolus, nequidem ipſe*
'' *Paulus, licet ad ineffabilia Arcana raptus in tertium Cœlum, &*
'' *iſtic ab ipſa Sacroſancta Trinitate creatus Gentium Doctor, potuit*
'' *ſine S. Petro dogmaticas Fidei quæſtiones definire. Hujuſmodi*
'' *primam in Eccleſia quæſtionem exponit in Actis S. Lucas c. 15.*
'' *quam Paulus retulit, ſubmiſit, ac ſuſpendit ad futurum Petri judi-*
'' *cium, ipſe non auſus decidere. Non nego Apoſtolos omnes, præſer-*
'' *tim S. Paulum fuiſſe circa Fidem infallibiles: dumtaxat aſſero,*
'' *ipſos licet infallibiles, ſine Petro non potuiſſe dogmaticas quæſtio-*
'' *nes definire. Hoc enim tunc privativè ſpectabat ad Petri è Syno-*
'' *dali Cathedra judicium: & hanc prærogativam omnino ille fir-*
'' *mavit in ſua Romana Cathedra: & ita ſemper profeſſa fuit omnis*
'' *Chriſtianitas. Oppoſitum, eſt damnanda novitas*''. Neque enim in ullis ſacræ Antiquitatis tabulis dogma reperire eſt, affirmans. Conciliis generalibus immediatè à Chriſto collatam eſſe poteſtatem decidendi ſecluſo Romani Pontificis judicio motas circa fidem quæſtiones. De primis illius Authoribus audiendus Cardinalis à Turrecremata lib. 3. de Eccleſ. cap. 29. '' *Surrexerunt quidam novelli Magiſtri hoc no-*
'' *ſtro tempore, qui dogmatizare auſi ſunt; quòd Concilium univer-*
'' *ſale poteſtatem immediatè habeat à Chriſto, & tantam, ac tam*
'' *plenam, ut ei omnis fidelis, cujuſcumque ſtatûs ſit, aut præemi-*
'' *nentiæ, etiamſi Papalis, obedire teneatur. Quam novellam doctri-*
'' *nam probare, & roborare moliuntur tam authoritatibus, quàm ra-*
'' *tionibus, quàm etiam, ut dicunt, determinatione univerſalis Ec-*
'' *cleſiæ*''. Potior Stylobates, cui nituntur, eſt decretum Concilii Conſtantienſis ſeſſ. 4. editum, quo ſtatuitur: *Quòd Concilium Generale Eccleſiam Militantem repræſentans, po-*

teſtatem

teſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet, cujuſcumque ſtatûs, vel dignitatis, etiamſi Papalis exiſtat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad Fidem &c.

Sed opponit prænominatus Cardinalis ſermone ſuprâcitato n. 11. & 12. duos articulos fidei in ipſa Synodo Conſtantienſi definitos. " *Primus eſt; quòd Papa ſit Caput " Eccleſiæ. Secundus, qui inter interrogatoria ſienda hæreticis con- " tinetur, eſt; quòd Papa canonicè electus habeat authoritatem ſu- " premam in Eccleſia. Quòd autem primus articulus præfato de- " creto contradicat, patet manifeſtè. Quoniam cum hoc articulo, " ſive definitione fidei, quòd Papa ſit Caput Eccleſiæ Sanctæ Catho- " licæ, non poteſt ſtare, quòd Synodus, Corpus Eccleſiæ repræſentans, " non mediante Papa, ſed immediatè à Chriſto poteſtatem regitivam " & motivam ſuſcipiat. Quòd verò ſecundus Articulus præfato de- " creto etiam contradicat, patet manifeſtè: Quoniam ſi à cunctis " fidelibus indubitatâ Fide credendum eſt, quòd Papa canonicè ,, electus habeat ſupremam poteſtatem in Eccleſia Dei, de neceſſi- ,, tate ſequitur, quòd Concilium Vniverſale, non habeat poteſtatem ,, immediatè à Chriſto, cui ipſe Papa obedire teneatur; cum obedien- ,, tiam inferiores ex ordine ſuperioribus tantùm debeant, ut in c.* ſi obedientiam *diſt.* 93. *&* c. in his omnibus *diſt.* 21. " *Ac ,, neceſſe eſt, nos credere, quòd Papa habeat ſimpliciter poſt Chri- ,, ſtum, cujus Vicarius eſt, ſupremam poteſtatem in tota Eccleſia, ,, non tantum reſpectu ſingulorum, ſed etiam reſpectu totius corpo- ,, ris Eccleſiæ*", cùm *Rector univerſalis Eccleſiæ* dicatur à Concilio Lugdunenſi: cap. *Vbi periculum* de electione in 6. Eſt ergo & generalis Synodi, quæ Eccleſiam univerſalem repræſentat, ſupremus Rector, Princeps & Paſtor, cui omne Concilium, omniſque Eccleſia obedire teneatur. " *Item arguitur ſic. Nulli congregationi Synodali Eccleſiæ Chriſtus ,, commiſit immediatè regimen omnium fidelium, ergo nulli Con- ,, gregationi Synodali Chriſtus dedit poteſtatem immediatè, cui ,, omnis fidelis, cujuſcumque dignitatis exiſtat, obedire teneatur*". Sed nec ulli Collegio, ne quidem Apoſtolorum, neque ulli alteri, quàm uni Vicario ſuo, Petro Chriſtus Dominus paſcendas oves ſuas, & ſeorſim ſingulas, & in unum congregatas commendavit, aut Regni Cœlorum claves tradi-

 dit,

dit, Fratrum ſuorum in Fide confirmationem injunxit, vel indefectibilem petræ firmitatem tribuit, ad fundandam invictè ac inſuperabiliter Eccleſiam. Dicente apud Sanctum Thomam *contra error. Græco.* S. Cyrillo Alexand. *Nulli alii quam Petro Chriſtus, quod ſuum eſt, plenum ſoli dedit.*
„Ampliùs hoc idem ſic probatur. *Nihil, quod in authoritate*
„*ſua dependet immediatè ab authoritate Apoſtolicæ Sedis, eſt dicen-*
„*dum habere poteſtatem immediatam à Chriſto; ſed authoritas u-*
„*niverſalium Conciliorum dependet immediatè ab authoritate A-*
„*poſtolicæ Sedis; ergo Concilia univerſalia non ſunt dicenda im-*
„*mediatè à Chriſto poteſtatem habere, cui &c. Vnde in cap.* regu-
„la *dicitur:* quòd nec illum eſt ratum, aut umquam erit
„Concilium, quod Romanæ Eccleſiæ non fuerit autho-
„ritate fulcitum.

Pluribus in re adeo explorata haud quaquam eſt opus: cùm ipſamet Pariſienſis Sacra Facultas in ſua ante cenſuram præfatione declaret, quòd olim non ſemel profeſſa ſit, in articulis Facult. an. 1542. art. 23. *Romanum Epiſcopum unum eſſe, jure divino ſummum in Eccleſia Pontificem, cui omnes Chriſtiani obedire teneantur*, proinde etiam Oecumenica Chriſtianorum Synodus. Et in cenſura M. Antonii de Dominis. *Summus Pontifex immediatè à Chriſto non honoris ſolùm, aut dignitatis, ſed & poteſtatis, ac juriſdictionis Primatum habet in tota Eccleſia*, & ſuper omnem Eccleſiam. Quo pacto hæc cum Cenſura ſupra relata conſiſtere queant, non ſatis apparet. Numquid etenim duplex agnoſcenda in Catholica Eccleſia ſuprema poteſtas à Chriſto immediatè conſtituta, cui omnes Chriſtiani obedire teneantur? An & duplex Primatus poteſtatis, ac juriſdictionis Eccleſiaſticæ ab eodem immediatè erectus? Num duplex Eccleſiæ corpori Caput impoſitum? Hæc dicere, eſt profectò unitatem Eccleſiæ diſcindere. Nam ideo teſte Sancto Cypriano: Unus, uni Petro Primatus datus eſt, *ut una Chriſti Eccleſia, & Cathedra una monſtretur.* Igitur illa Cenſura potiùs expungenda venit, ut à veritate prorſus aliena, Verbo Dei contraria, Conciliorum, ac SS. Patrum doctrinæ adverſa, quàm propoſitio, cui impacta eſt. Quin

&

& expungendum utrumque Conſtantienſis Concilii decretum, prout ex ſeſſ. 4. & 5. hactenùs circumfertur, & cui potiſſimùm inſiſtere cenſores, eorumque anteſignanos notum eſt.

Præter illa quippe, quæ adversùs præfata decreta in ſuperioribus pluries ſunt allata, jam tandem exploratum eſt, illa non modò dubiæ fidei, nulliuſque eſſe authoritatis; Verùm etiam primum decretum fuiſſe adulteratum. Id quod hoc jam tempore è latebris erutum opportunè produxit in lucem Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus Emmanuël à Schelſtrate in expoſitione eorumdem decretorum recèns edita; quorum dubiam fidem, ac authoritatem dilucidè manifeſtans cap. 1. art. 2. finit in Eugenii IV. Apologiam regeſto Baſileenſi inſertam tom. 2. ubi cap. 8. ita legitur: *Qui Conſtantiæ conſidebant, unius tantùm obedientia Synodum faciebant. Nec tamen hi omnes in eam ſententiam convenerunt, ſed nonnulli reclamavere graviores, qui ſtrepente multitudine ſuperati, ſicut his noviſſimis temporibus, quibus carnales exuberant paſſiones, factum eſſe, manifeſtum eſt, audiri nequiverunt.* *NOTA.* Inter graviores autem reclamantes recenſuerat paulò ante Emmanuël *Oratores Regis Galliæ, unà cum Cardinalibus*. De alterius verò decreti corruptione hæc in frontiſpicio præmittit. *Oſtenditur ex manuſcriptis indubitatæ fidei codicibus, tantum abeſſe, quòd decretum primum Seſſ. 4. & 5. ac ſecundum Seſſ. 5. de Superioritate Concilii intellecta, ab Oecumenica Conſtantienſi Synodo edita, & Sede Apoſtolica comprobata ſint, ut primum potiùs decretum Seſſionis quartæ à Baſileenſibus corruptum ſit &c.* Ad cujus evidentiam deinde art. 1. capitis primi profert Codices quatuor M.SS. geſta indubitata Concilii Conſtantienſis continentes, quorum duo inſuper genuinum actorum regeſtum complectuntur. Additque. *Tres codices manuſcripti continentes acta Conſtantienſis Conciliià Notariis ipſius conſcripta, ex quibus Baſileenſes decreta compilarunt, non habent illa verba in primo decreto ſeſſ.* 4. ET AD REFORMATIONEM GENERALEM ECCLESIÆ DEI IN CAPITE, ET IN MEMBRIS. *Codices quatuor manuſcripti continentes geſta indubitata*

dubitata Conſtantienſis Synodi, quorum duo circa ipſius Conſtantienſis Concilii tempus conſcripti ſint, licet habeant multò plura, quàm hactenùs edita, nullam tamen mentionem faciunt in decreto ſeſſionis quartæ de reformatione Eccleſiæ in capite, & in membris. *Duo demùm Codices continentes regeſtum actorum Conſtantienſis Concilii, quorum unus circa tempus ipſius Concilii ſcriptus ſpectavit ad Eminent. Card. Sirlettum, alius antiquo charactere Italico conſcriptus eſt, licet omnia acta contineant à prima ſeſſione uſque ad electionem Martini V. nullam tamen mentionem faciunt in decreto ſeſſionis quartæ* de reformatione Eccleſiæ in Capite & membris. *Cæteros, quos vidi, Codices recentiores prætereo, in quibus tamen omnibus prædicta verba deſiderantur: ut indubitatum ſit à Baſileenſibus erroneè decreto ſeſſionis quartæ adjuncta, & à Collectoribus Conciliorum, errore Baſileenſium deceptis, typis fuiſſe edita.* Error porro iſte in compilatione actorum Conſtantienſis Concilii à Baſileenſibus facta ante primam ejuſdem Concilii impreſſionem reperitur: & hinc eſt, quòd decretum ſeſſionis quartæ genuinum ad nos non pervenerit.

Ex quibus, aliiſque pluribus in probam ibi prolixiùs adductis ſatis liquet, binum illud Conſtantienſe decretum, ejuſque fidem, ac authoritatem funditùs corruere, conſequenter & Sorbonæ cenſuram, cujus illud eſt fundamentum potiſſimum; atque ab illa eſſe omnino immunem, & ſtare immotam hìc initio allatam propoſitionem: quæ vel inde etiam corroboratur, quòd Epiſcopi, quando generalem conventum faciunt, novæ tunc nequaquam induantur divinitùs poteſtatis amictu, ſi ſecludatur ille, qui ſolus à Chriſto juſſus eſt in fide inſtruere, & confirmare Fratres ſuos, ſed illa tantùm authoritate polleant, quam ſecum adferunt. Hanc autem eos à Chriſti Vicario Petri Succeſſore, non ab ipſo immediatè Chriſto habere, ſequentia docebunt.

DISSER-

DISSERTATIO

De immediata origine Juriſdictionis Epiſcopalis, & Synodalis.

Illam omnino eſſe ab Apoſtolica Sede.

EA eſt Epiſcopalis dignitatis ſublimitas, ſi æquiſſimo rerum æſtimatori Ambroſio credimus, ut nullis queat comparationibus adæquari. Quantùm cælum terrâ pretioſius eſt, quantùm anima corpori, ſpiritus carni, divina humanis præſtant (SS. Chryſoſtomi & Nazianzeni verba ſunt) tantùm Epiſcoporum Principatus omnia civilia regna & poteſtates antecellit. Eos Chriſtus Dominus ipſe regendis, ſine ullo prorſus conditionis, ætatiſve diſcrimine, fidelibus populis ſuis perpetuâ ac divinâ ordinatione impoſuit, illuſtrioris quidem, præ inferiori Sacerdotio, Sacramenti charactere conſecratos, unius tamen Vicarii ſui, ſuper univerſam in terris Eccleſiam Majeſtati ſubmiſſos: à cujus manu omnem Juris-dicendi poteſtatem acciperent, in Patriarchas, Primates, Metropolitas, Epiſcopos, Hierarchicis gradibus diſtributi, nec ſine divino nutu. *Cap. 2. de dignit. Sacerd.*

Erras, ſcribit Eugenio Doctor mellifluus, *Si ùt ſummam, ita & ſolam, inſtitutam à Deo veſtram Apoſtolicam poteſtatem exiſtimas.* Sunt & mediocres, ſunt & inferiores: non modo quæ ampliorem Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſplendorem, & decus conferant, ſed & vaſtum Chriſtianæ Reipublicæ regimen, per diſſitas longè lateque Mundi Provincias moderentur, ſub unius ſummi in terris Principis. & Monarchæ auſpiciis ac directione: ad quem juſſu Dei pertinet Univerſos per Orbem Sacrorum Antiſtites, omni neceſſariæ ad regendos ſibi commiſſos greges Juriſdictionis poteſtate pro libitu inſtruere: utpote *Lib. 3. de conſid. c. 4.*

 qui

qui ex Sacrorum Canonum Decretis, ſeſe norunt in partem ſolicitudinis vocatos, non in plenitudinem poteſtatis. Unde Leo magnus, Gregorius, & ante hunc Vigilius, *Ipſa namq; Eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis Eccleſiis vices ſuas credidit largiendas, ut in partem ſint vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.* Eo ipſo denotans, horſum Eccleſiaſticæ Monarchiæ Primatum à Redemptore fuiſſe ſtabilitum, ut omnis omnino authoritas ſecundùm plenitudinem poteſtatis in uno reſidens, ab illo velutà capite derivetur in cæteros: ſeu juxta Cyprianum: *Vt unitatem manifeſtaret, unam Cathedram conſtituit, & unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſuâ authoritate diſpoſuit.*

C. qui ſe. 2. q. 6.

Igitur certa hæc, fixa, & immobilis ſtat ab antiquo ſententia, quæ definit Epiſcoporum in Eccleſia Juriſdictionem, non à Chriſto Domino immediatè, ſed ab ejus Vicario Romano Pontifice in ipſos taliter dimanare. Hoc Sacrarum Scripturarum oracula, hoc Sanctorum Patrum munimenta, hoc notiſſima perpetui uſûs exempla, hoc valida invictarum rationum adminicula, inconcuſſâ firmitudine ſtabiliunt & corroborant. Hoc ipſum ipſe Chriſtus Dominus ſatis disertè numquid edixit, quando cælorum claves uni Petro addixit? Ultro aſſeverant Veteres. Tertullianus, *ſi adhuc clauſum putas cælum, memento claves hic Dominum Petro, & per eum Eccleſiæ reliquiſſe.* Omnem aperiendi, claudendi, ligandi, ſolvendi, Leges univerſim condendi, diſpenſandi, Divini Verbi ſenſum exponendi, controverſias dirimendi, fidei dogmata definiendi, tradendi, hæreſes dijudicandi, condemnandi, denique ſuper fidelibus univerſis jus dicendi poteſtatem, memento ſis, hic Dominum Petro dediſſe, *& per eum Eccleſiæ*, Eccleſiæque Prælatis reliquis reliquiſſe. Optatus Milevitanus. *B. Petrus præferri omnibus Apoſtolis meruit, & claves Regni Cælorum communicandas cæteris ſolus accepit.* Sanctus Gregorius Nyſſenus. *Chriſti prædicatio exitum fallacem non habet. Per Petrum Epiſcopis dedit claves cæleſtium honorum.* Habent utique, habent & Epiſcopi clavium participium,

In ſcorpiaco.

L. 7. contra Parmen.

Tract. in eos qui ægrè ferunt caſtigat.

& ſibi datum habent à Chriſto D. ſed *per Petrum* habent: Quia ipſe *per Petrum Epiſcopis dedit.* Unde rectè Innocentius I. ad Epiſcopos Africanos in Synodo Carthaginenſi congregatos. *A Petro ipſe Epiſcopatus, & tota hujus nominis authoritas emerſit.* Omnis, inquit, & tota Epiſcopalis honoris authoritas à Petro provenit. *Tranſivit* quidem, inquit S. Leo, *In alios Apoſtolos vis poteſtatis iſtius, & ad omnes Eccleſiæ Principes Decreti hujus conſtitutio commeavit:* attamen, ſcribit idemmet Anaſtaſio Epiſcopo Theſſalonicenſi, *inter Beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris, fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt ut cæteris præemineret.* Uni, nimirum Petro, *præ cæteris ſolvendi, & ligandi eſt tradita poteſtas.* Hâcne igitur caruerunt cæteri? Minimè gentium. Reponit. *Sed hujus muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in Beatiſſimo Petro, Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocaret: ut ab ipſo quaſi quodam Capite, dona ſua velut in corpus omne diffunderet. Nam Petrus ab ipſo omnium Chariſmatum fonte ita copioſis eſt irrigationibus inundatus, ut cùm multa ſolus acceperit, nihil in quemquam ſine ejus participatione tranſierit &c. Magnum & mirabile, dilectiſſimi, huic Viro conſortium potentiæ ſuæ tribuit divina dignatio: ut ſi quid cum eo commune cæteris voluit eſſe Principibus, numquam niſi per ipſum dedit, quidquid aliis non negavit.*

Epiſt. 24.

Serm 3 in anniverſ. ſuæ aſſumpt.

Epiſt. 84.

Epiſt. 89. ad Epiſcop. Vien.

Serm. 3. cit.

Cæteris certè Paſtoribus ac Epiſcopis ligandi ſolvendique poteſtatem non negavit Dominus: aſt ipſis eam nunquam niſi per Petrum, Petrique Succeſſores dedit, & dat. *Hinc eſt*, infert concinnè Doctor Angelicus, *quòd ei ſoli promiſit, tibi dabo claves Regni cælorum, ut oſtenderetur poteſtas clavium per eum ad alios derivanda, ad conſervandam Eccleſiæ unitatem:* non qualemcumque illam, ſed Monarchici regiminis: in quo omnis poteſtas Juriſdictionis in inferiores Principes diſtribuitur ab ipſo ſupremo Principe, ſeu Monarcha. Proinde, pergit Angelicus; *Non poteſt dici, quòd etſi Petro Dominus hanc dignitatem dederit, per eum tamen ad alios non derivetur.* Alioquin quàm fruſtrà

L. 4. cont. gent. c. 76.

hæc Eccleſiaſticæ Monarchiæ inſtitutio? quàm fruſtra uni ſpeciatim promiſſæ, & commiſſæ claves Regni Cælorum, & poteſtas vinculorum? quàm fruſtra ſingularis, præ aliis omnibus, amoris ab uno illo uſque tertiùm exacta Profeſſio, ac divini amoris relictus ille Vicarius? Et quàm fruſtra eidem illi uni, *cui*, ex phraſi S. Leonis, *cùm præ cæteris ligandi atque ſolvendi poteſtas tradita ſit, paſcendarum ovium cura ſpecialius demandata foret?* Eum tamen unum juſſit Chriſtus Dominus paſcere non agnos modò, ſed & oves, interprete Euſebio Emiſſeno, *Priùs agnos, deinde oves ei commiſit. Quia non ſolùm Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos, Paſcit & oves: paſcit filios, paſcit & matres: regit & ſubditos & Prælatos. Omnium igitur paſtor eſt: quia præter agnos & oves nihil eſt in Eccleſia.* Præter Epiſcopos, eiſque commiſſos diſtinctim greges, nihil eſt in ovili Chriſti paſcendum, regendumque à Chriſti Vicario. Eugenium ita compellat S. Bernardus. *Tu es poteſtate Petrus: tu es, cui claves traditæ, cui oves creditæ ſunt. Sunt quidem & alii Ianitores, & gregum Paſtores; ſed tu tantò glorioſiùs, quantò & differentius utrumq; præ cæteris nomen hæreditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi univerſi crediti, uni unus. Nec modò ovium, ſed & Paſtorum tu unus omnium Paſtor. Vnde id probem, quæris? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum ſic abſolutè, & indiſcretè totæ commiſſæ ſunt oves? Si me amas, Petre, paſce oves meas. Quas? Illius vel illius populos civitatis, aut Regionis, aut certi Regni? Meas inquit. Cui non planum non deſignaſſe aliquas, ſed aſſignaſſe omnes? Nihil excipitur, ubi diſtinguitur nihil. Ergo juxta Canones tuos, alii in partem ſolicitudinis, tu in plenitudinem poteſtatis vocatus es. Aliorum poteſtas certis arctatur limitibus, Tua extenditur & in ipſos, qui poteſtatem ſuper alios acceperunt.*

Serm. 3. cit.

Serm. in nativitate S. Ioannis.

L. 2. de conſid. c. 8.

In alios itaque Paſtores, & particularium Eccleſiarum Epiſcopos, à ſupremo Paſtore Juriſdictionis poteſtas diffunditur, extenditur, certiſque arctatur limitibus, prout ipſe diſponit ac determinat. Paſcendi namque

que, gubernandi, præſidendique poteſtas, quæ ſecundùm omnem amplitudinis plenitudinem in unum Paſtorum Paſtorem, cui ovilis regimen impoſitum eſt, velut in primævum fontem de ſupernis confluxit, ad alios iſtos pertingere nequit, niſi per derivationem, communicationem, & dimanationem pro bona voluntate, ac ordinatione diſpenſatoris. Inter ea, quæ ordinem habent ſecundùm influentiam, illud eſt manifeſtum, quòd omne id, quod aliis influit, virtutem influendi recipiat ab eo, quod eſt primum influens iſtius ordinis: ſic rivi à fonte profluunt, ſeſeque dilatant: ſic à ſole radii evibrantur, ſuamque vim, lucem ac calorem quaquaverſùs diſpartiuntur: ſic ab arboris radice & ſtirpe rami protuberant, & flores primùm largiuntur, fructus deinde, & ſemina. Sic vitalia corporis membra, ſic ſenſus influxum motumque regiminis, ſeu directionis, quem capiti debent, cæteris partibus communicant.

Atqui in Eccleſiaſticæ Hierarchiæ regimine ſecundùm influxum juriſdictionis, diſpoſitus talis dignoſcitur ordo, ut particulares Eccleſiæ omnes, & ſingulæ, earumque Epiſcopi ad Apoſtolicam Cathedram comparentur, *ut ad ſummi Pontificatûs apicem, & Sacerdotii fontem*, unde *incepit Sacerdotalis ordo*, ut membra, ſenſuſque ad caput, *cujus authoritate omnes Eccleſiæ, Domino diſponente, reguntur.* Denique ut rami ad radicem, ut radii ad ſolem, ex S. Cypriano Martyre. Si, niſi propriis ipſiuſmet, qui unus pro mille eſt, verbis non creditis, ſedulò illa perpendite. *Dominus noſter quamvis Apoſtolis omnibus, poſt Reſurrectionem ſuam, parem poteſtatem tribuat, & dicat, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum S. tamen ut unitatem manifeſtaret unam Cathedram conſtituit, & unitatis ejuſdem originem ab uno incipientem ſuâ authoritate diſpoſuit.* Quod tantumdem eſt, ac dicere. Omnem poteſtatis ac juriſdictionis originem ab uno Petro, & Petri Cathedra incipientem, & ſcaturientem, ſuâ authoritate diſpoſuit. Quod apertè declarans proſequitur. *Exordium ab unitate proficiſcitur. Primatus Petro datur, ut una*

Authent. ut Rom. Eccleſ. & C. in novo. diſt. 22. Cap. Sacroſancta rad. C. loquitur. 24. q. 1. L. de unitate Eccleſ.

Chriſti Eccleſia, & Cathedra monſtretur. Quam unitatem tenere firmiter, & vindicare debemus, maximè Epiſcopi, qui in Eccleſia præſidemus; ut Epiſcopatum unum, atque indiviſum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat: nemo fidei veritatem perfidâ prævaricatione corrumpat. Epiſcipatus unus eſt, cujus à ſingulis in ſolidum pars tenetur. Puta ſine ſeparatione, vel diviſione ab Epiſcopatu indiviſo: utpote à quo ſoliditatem ac juriſdictionis poteſtatem ſinguli participant, Petri Cathedræ unitam atque ab ipſa dependentem. *Quomodo ſolis multi radii, ſed lumen unum; & rami arboris multi, ſed robur unum tenaci radice fundatum; & cùm de fonte uno rivi plurimi defluunt, numeroſitas licet diffuſa videatur exundantis copiæ largitate unitas tamen ſervatur in origine. Sic & Eccleſia Domini luce perfuſa, per orbem totum radios ſuos porrigit, unum tamen lumen eſt, quod ubiq; diffunditur: nec unitas corporis ſeparatur.* Nempe quia *unitas ſervatur in origine* juriſdictionis, & poteſtatis in plures diſtributæ *Ramos ſuos in univerſam terram copiâ ubertatis extendit: profluentes largiter rivos* (particularium Eccleſiarum) *latiùs pandit: Vnum tamen Caput eſt, & Origo una, & una Mater eſt, fœcunditatis ſucceſſibus copioſa.*

Unum illum Epiſcopatum, Cathedram unam, & unam Eccleſiam Cypriano eſſe Romanam, notius eſt, quàm ut probare oporteat: fitque perſpicuum ex ejus ad Cornelium Papam Epiſtolis, in quibus Romanam Eccleſiam profitetur *Eccleſiæ Catholicæ radicem & Matrem, Petri Cathedram, atque Eccleſiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta eſt.* Utique propter unam originem omnis Juriſdictionis & poteſtatis ab una Petri Cathedra incipientem. Igitur authoritatem, & poteſtatem, quâ gaudent Epiſcopi ad gubernandas, regendaſque Eccleſias ſibi commiſſas, Apoſtolicæ Romani Pontificis Sedi, velut Matri, ac Matrici, velut origini, & radici, velut ſoli & fonti, velut apici & Capiti omnis Juriſdictionis acceptam habent.

Epiſt. 45. & 55.

Quòd ſi ſuperiora etiamnum venerandæ antiquitatis ſcrutari penetralia lubet, illico occurrit, *Apoſtolicorum temporum Vir* Hieronymo dictus, S. Irenæus: qui contra Valenti-

In Ep. 29.

lentinianos pro Romanæ Eccleſiæ Principatu ita agit. *Ad hanc Eccleſiam propter potentiorem Principalitatem, neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam: hoc eſt, omnes, qui ſunt undique, fideles. In qua ſemper, ab his, qui ſunt undique, conſervata eſt ea, quæ ab Apoſtolis eſt, traditio.* Et cur id, quæſo, neceſſe, ut omnis fidelium, qui ſunt undique, Eccleſia cum ſuis Paſtoribus conveniant ad Romanam? *Propter potentiorem Principalitatem.* Ecquæ autem illa potentior principalitas? An quia prima Urbium Urbs, Roma, & caput Imperii omnibus gentibus dominans? Atqui non de terrena dominatione, ſed ſpiritali Eccleſiarum gubernatione, directione, & juriſdictione, S. Irenæo ſermo eſt: propter quam affirmat, Romanam Sedem, & tenere Principem in Chriſtianis locum, ſeu poteſtatis culmen, id eſt, potentiorem Principalitatem; & ad quam propterea omnium undique Eccleſiarum fideles, adeoque & Epiſcopos, convenire ſit neceſſum: ut membra ſubjecta Capiti, ut inferiores Hierarchitæ, potentiori ac Principi Hierarchæ in Juriſdictionis ſuæ participio ſubordinati: cùm in ipſo uno omnis Hierarchicæ poteſtatis fons, divinâ diſpoſitione ſit reconditus. Indeque, quod Patribus Concilii Carthaginenſis S. reſcripſit Innocentius, *ſumerent cæteræ Eccleſiæ, veluti de natali ſuo fonte, aquæ cunctæ procederent, & per diverſas mundi Regiones puri Capitis incorruptæ manarent.* Eam ob cauſam profitetur S. Cyprianus, *ad Petri Cathedram, atque ad Eccleſiam principalem, undè unitas Sacerdotalis exorta eſt, (& in qua,* ut Donatiſtis declarat S. Auguſtinus, *ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus*) undique *neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam:* ut inde ſumant cæteræ Eccleſiæ, Epiſcopi, ac Epiſcoporum Synodi credendorum certitudinem, infallibiles controverſiarum deciſiones, neceſſarias agendorum ac prædicandorum inſtructiones, peculiares gubernandi Regulas, omnemque regiminis poteſtatem: non ſecus atque rivi de natali fonte ſcaturientes hauriunt aquas. Brevi compendio id complexus Innocentius III. *Sanctâ univerſali Synodo approbante ſanxivit, Romanam Eccleſiam,*

Lib. 3. c. 3.

Epiſt. 55.

Epiſt. 162.

ſiam, diſponente Domino, ſuper omnes alias, ordinariæ poteſtatis obtinere Principatum: utpote quæ Mater eſt univerſorum Chriſti fidelium & Magiſtra. Cui divino Jure incumbit, ut Vigilius ſcripſit, *de univerſarum Eccleſiarum diſpoſitione, & pace, & ſtatu curam habere.* Ita namque juxta S. magnumque Leonem; *magnâ diſpoſitione proviſum eſt, ut ad unam Petri Sedem, univerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil uſquam à ſuo Capite diſſideret.*

Epiſt. 9.

Epiſt. 82.

Etymon, *Univerſalis*, ſupra invidiam eſſe, Pariſienſis agnovit S. Theol. Facultas: quando 1. Decembris an. 54. ſuperioris ſeculi coacto in Sorbonæ aula Doctorum Concilio, ſuper Pontificiis diplomatibus à Paulo III. & Julio item III. in favorem Societatis Jeſu pridem datis, decretum condidit hujuſce tenoris, " Omnes & ſinguli Magi-,, ſtri noſtri, palam, apertoque ore, Romanum Pontifi-,, cem, ùt ſummum, & univerſalem Chriſti Jeſu Vica-,, rium, & univerſalem Eccleſiæ Paſtorem, cui plenitudo ,, poteſtatis à Chriſto data ſit, ùt ſemper agnoverunt, & ,, & confeſſi ſunt, ita nunc quoque ſincerè, & fideliter, ,, & libenter agnoſcunt, & confitentur". Pergat inficiari, qui divinæ inſtitutionis verba, nec attendit, nec expendit. Quid aliud eſt, *Paſce agnos meos, paſce oves meas?* niſi Interprete magno illo Collegii Navarræi Pariſiis Magiſtro Petro Cardinale Aliacenſi: "Sis Paſtor, & Prælatus ,, generalis, ad quem pertinet diſpoſitio & regimen o-,, vium & ovilis. Quô Dominus contulit Petro, & ſuc-,, ceſſoribus ſuis authoritatem diſponendi Miniſtros Ec-,, cleſiæ, & determinandi eorum Juriſdictionem". Chriſti enim ovile cunctas, ac ſingulas Chriſtiani orbis Eccleſias, & Paſtores, ſub unius ſupremi Paſtoris regimine nonne includit? *Petrus itaque*, infert pro me Nicolaus I. *univerſam adminiſtrare Eccleſiam perpetuâ ſucceſſione jubetur.* Numquid & perpetuâ ſolicitudine confirmare fratres ſuos? Quippe ni? Refert S. Leo, expendens illud Chriſti Domini, *Ego pro te rogavi Petre.* Quidem *commune erat Apoſtolis omnibus periculum de tentatione formidinis: & di-*

Tract. de origine poteſt. Eccleſ. concluſ. 2.

Epiſt. ad Michael. Imperat.

Serm. 2. in nativit. SS. Apoſtolor.

vinæ

vinæ protectionis auxilio pariter indigebant : tamen ſpecialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, & divina gratia ità ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur. Firma nequit eſſe Epiſcopis, quà docendo, quà prædicando, quà ſolvendo, quà ligando authoritas, nec rata poteſtas, niſi per Petri Succeſſorem Epiſcopis conferatur. *Vt extorrem ſe miniſterii intelligeret eſſe divini,* (Divi Leonis iterum verba uſurpo) *qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hanc nimis impiâ vult præſumptione violare, quiſquis ejus poteſtatem tentat infringere.* Cùm eam Dominus, quod ſuprà ex S. Cypriano audivimus, ùt omnis poteſtatis originem ab uno incipientem ſuâ authoritate diſpoſuerit. *Epiſt. 89. ad vien.*

Unde & ad triumphantis Eccleſiæ modum ac exemplar, in Militante cœpit Epiſcopalis dignitatis Hierarchicus ordo. Eum Doctor Melleus Eugenio appoſitè ſic explanat. *Ne vilem reputes formam hanc, quæ in terra eſt : quia exemplar habet in cælo. Viderat hoc, qui dicebat. Vidi civitatem Sanctam Hieruſalem, novam, deſcendentem de cælo à Deo paratam. Ego enim propter ſimilitudinem dictam reor. Quòd ſicut illic Seraphim, & Cherubim, ac cæteri quique, uſque ad Angelos ordinantur ſub uno Capite, Deo ; ità hìc quoque ſub uno Pontifice ſummo, Primates, vel Patriarchæ, Epiſcopi, Presbyteri, vel Abbates, & reliqui in hunc modum.* Vultin' clarius ? Quemadmodum illìc ſuperiores, Deoque proximiores ſpiritus, deinde & ab his inferiores, divinis illuſtrationibus, & motionibus diriguntur, atque ad deſtinata dimittuntur obſequia : pariformiter & hìc Patriarchæ, Primates, Archi-Præſules, Epiſcopi, quos Angelorum nomine inſignivit Apocalypſeos ſcriptor, uni Capiti, Chriſti Vicario, Romano Pontifici ſubordinantur, & ſubduntur, ut ab eo inſtituantur, confirmentur, dirigantur, atque deſignatis particularium Eccleſiarũ miniſteriis admoveantur, attributâ ſingulis quibuſque, pro graduum differentia, definitæ juriſdictionis poteſtate, ac portione, cujus eum in uſum plenitudo ipſi uni divinâ diſpenſatione eſt ubertim collata. *L. 1. c. 4.*

ſiam, diſponente Domino, ſuper omnes alias, ordinariæ poteſtatis obtinere Principatum: utpote quæ Mater eſt univerſorum Chriſti fidelium & Magiſtra. Cui divino Jure incumbit, ut Vigilius

Epiſt. 9. ſcripſit, *de univerſarum Eccleſiarum diſpoſitione, & pace, & ſtatu*

Epiſt. 82. *curam habere.* Ita namque juxta S. magnumque Leonem; *magnâ diſpoſitione proviſum eſt, ut ad unam Petri Sedem, univerſalis Eccleſiæ cura conflueret, & nihil uſquam à ſuo Capite diſsideret.*

Etymon, *Vniverſalis*, ſupra invidiam eſſe, Pariſienſis agnovit S. Theol. Facultas: quando 1. Decembris an. 54. ſuperioris ſeculi coacto in Sorbonæ aula Doctorum Concilio, ſuper Pontificiis diplomatibus à Paulo III. & Julio item III. in favorem Societatis Jeſu pridem datis, decretum condidit hujuſce tenoris, " Omnes & ſinguli Magi-,, ſtri noſtri, palam, apertoque ore, Romanum Pontifi-,, cem, ùt ſummum, & univerſalem Chriſti Jeſu Vica-,, rium, & univerſalem Eccleſiæ Paſtorem, cui plenitudo ,, poteſtatis à Chriſto data ſit, ùt ſemper agnoverunt, & ,, & confeſſi ſunt, ita nunc quoque ſincerè, & fideliter, ,, & libenter agnoſcunt, & confitentur". Pergat inficiari, qui divinæ inſtitutionis verba, nec attendit, nec expendit. Quid aliud eſt, *Paſce agnos meos, paſce oves meas?* niſi Interprete magno illo Collegii Navarræi Pariſiis Ma-

Tract. de origine poteſt. Eccleſ. concluſ. 2. giſtro Petro Cardinale Aliacenſi: "Sis Paſtor, & Prælatus ,, generalis, ad quem pertinet diſpoſitio & regimen o-,, vium & ovilis. Quô Dominus contulit Petro, & ſuc-,, ceſſoribus ſuis authoritatem diſponendi Miniſtros Ec-,, cleſiæ, & determinandi eorum Juriſdictionem". Chriſti enim ovile cunctas, ac ſingulas Chriſtiani orbis Eccleſias, & Paſtores, ſub unius ſupremi Paſtoris regimine

Epiſt. ad Michael. Imperat. nonne includit? *Petrus itaque*, infert pro me Nicolaus I. *univerſam adminiſtrare Eccleſiam perpetuâ ſucceſsione jubetur.* Numquid & perpetuâ ſolicitudine confirmare fratres

Serm. 2. in nativit. SS. Apoſtolor. ſuos? Quippe ni? Refert S. Leo, expendens illud Chriſti Domini, *Ego pro te rogavi Petre.* Quidem *commune erat Apoſtolis omnibus periculum de tentatione formidinis: & divina*

vinæ protectionis auxilio pariter indigebant : tamen ſpecialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, & divina gratia ità ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per Chriſtum Petro tribuitur, per Petrum Apoſtolis conferatur. Firma nequit eſſe Epiſcopis, quà docendo, quà prædicando, quà ſolvendo, quà ligando authoritas, nec rata poteſtas, niſi per Petri Succeſſorem Epiſcopis conferatur. *Vt extorrem ſe miniſterii intelligeret eſſe divini,* (Divi Leonis iterum verba uſurpo) *qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hanc nimis impiâ vult præſumptione violare, quiſquis ejus poteſtatem tentat infringere.* Cùm eam Dominus, quod ſuprà ex S. Cypriano audivimus, ùt omnis poteſtatis originem ab uno incipientem ſuâ authoritate diſpoſuerit. *Epiſt. 89. ad vien.*

Unde & ad triumphantis Eccleſiæ modum ac exemplar, in Militante cœpit Epiſcopalis dignitatis Hierarchicus ordo. Eum Doctor Melleus Eugenio appoſitè ſic explanat. *Ne vilem reputes formam hanc, quæ in terra eſt : quia exemplar habet in cœlo. Viderat hoc, qui dicebat. Vidi civitatem Sanctam Hieruſalem, novam, deſcendentem de cœlo à Deo paratam. Ego enim propter ſimilitudinem dictam reor. Quòd ſicut illic Seraphim, & Cherubim, ac cæteri quique, uſque ad Angelos ordinantur ſub uno Capite, Deo ; ità hìc quoque ſub uno Pontifice ſummo, Primates, vel Patriarchæ, Epiſcopi, Presbyteri, vel Abbates, & reliqui in hunc modum.* Vultin' clarius ? Quemadmodum illìc ſuperiores, Deoque proximiores ſpiritus, deinde & ab his inferiores, divinis illuſtrationibus, & motionibus diriguntur, atque ad deſtinata dimittuntur obſequia : pariformiter & hìc Patriarchæ, Primates, Archi-Præſules, Epiſcopi, quos Angelorum nomine inſignivit Apocalypſeos ſcriptor, uni Capiti, Chriſti Vicario, Romano Pontifici ſubordinantur, & ſubduntur, ut ab eo inſtituantur, confirmentur, dirigantur, atque deſignatis particularium Eccleſiarum miniſteriis admoveantur, attributâ ſingulis quibuſque, pro graduum differentia, definitæ juriſdictionis poteſtate, ac portione, cujus eum in uſum plenitudo ipſi uni divinâ diſpenſatione eſt ubertim collata. *L. 1. c. 4.*

Aperta hæc eſt Præceptoris Angelici doctrina aſſerentis: *Dicendum quòd Papa habet plenitudinem Pontificialis poteſtatis quaſi Rex in regno. Sed Epiſcopi aſſumuntur in partem ſollicitudinis, quaſi Iudices ſingulis civitatibus præpoſiti: propter quod etiam ſolos eos in ſuis litteris, Fratres vocat: reliquos autem omnes vocat Filios: & ideo poteſtas faciendi indulgentias plenè reſidet in Papa: ſed in Epiſcopis eſt taxata ſecundùm ordinationem Papæ: & ideo poſſunt facere, ſecundùm quòd eis taxatum eſt, & non ampliùs.* Igitur nihil in ea parte poſſent, Ordinis ac dignitatis ſuæ jure, ſine ſummi Pontificis diſpoſitione Epiſcopi. Id ipſum in omni reliquæ juriſdictionis uſu obtinere, qui ambigit, Angelum eundem ibidem conſulat ità docentem. *Ad abſolutionem à peccato requiritur duplex poteſtas: ſcilicet poteſtas Ordinis, & poteſtas Iuriſdictionis. Prima quidem poteſtas eſt æqualiter in omnibus Sacerdotibus, non autem ſecunda: & ideo ubi Dominus Ioan. 20. dedit omnibus Apoſtolis communiter poteſtatem remittendi peccata, intelligitur de poteſtate, quæ conſequitur Ordinem. Vnde & Sacerdotibus, quando ordinantur, illa verba dicuntur. Sed Petro dedit ſingulariter poteſtatem remittendi peccata, Matth. 16. Vt intelligatur, quòd ipſe præ aliis habet poteſtatem Iuriſdictionis. Poteſtas autem Ordinis quantùm eſt de ſe, ſe extendit ad omnes abſolvendos: & ideo indeterminatè Dominus dixit: Quorum remiſeritis peccata: intelligens tamen quòd uſus illius poteſtatis eſſe debet præſuppoſitâ poteſtate Petro collatâ ſecundùm ipſius Ordinationem.* Fuerit ergo, & fuit certè, Epiſcopalis Ordinis dignitas ac poteſtas, ipſius Chriſti Domini manu, dum in terris ageret, ſtabilita: attamen, uſus illius nequit eſſe niſi à præſuppoſitâ poteſtate Petro, ejuſque Succeſſori collata *ſecundùm ejus ordinationem* præſcriptus, & prædeterminatus, adhæc; niſi & Epiſcopalia munia obeundi, juriſque dicendi in omne reliqui miniſterii opus, illis ab ipſo poteſtas fiat.

In 4. diſtinct. 20. a. 4. ad 3. q^lam.

Diſt. 19. q. 1. a. 3. q^la 1. ad 1.

Alioquin ſi in vincula peccatorum, ſeu ſolvenda, ſeu ſtringenda, ac in aliud quodlibet Sacerdotalis muneris exercitium poteſtas Epiſcopis ſit Epiſcopali Ordini congemina, ac divinitus ità illi annexa, ut ejus functio

Chri-

Chriſti Vicario non ſubſit, nec ab ejus ordinatione immediatè dependeat; Ecquid in eam poſſit Succeſſor Petri? Adimerene? Ademptam reddere? Conſtringere? Extendere? Immutare? Nihil horum profectò poſſet. Siquidem quæ per ſemetipſum Dominus inſtituit, ac diſpoſuit, omnem quamcumque cujuſvis poteſtatis ſphæram eo uſque exſuperant, ut nullam, aut immunitionem, aut variationem ſuſtineant. Argumento ſunt, ipſum Ordinis Sacramentum, totaque reliqua ſex; numerus, forma, materia, conſecrationes Eccleſiæ, Vis Characteriſtica, aliaque hujuſmodi invariabilia. Sic rei cuicumque, etiam inanimæ conſecratæ, donec ſupereſt, conſecrationem neutiquam detergi, nec Epiſcopum, quantumvis ſchiſmatis aut hæreſis peſte infectum, gradu dejectum, ſacris exauthoratum, ſacramentali Ordinis poteſtate exui, notius eſt, quàm probare oporteat. Atqui omnibus etiam in Confeſſo eſt, longè aliter cum juriſdictionis poteſtate rem ſe habere: eam penitùs per Romanum Pontificem nunc adimi, nunc reſtitui, exempla aliàs allata docent: hìc arctari, hìc ampliari: ibi dividi, ibi uniri: variæ ubique per unius Apoſtolicæ Sedis determinationem ſubitæ viciſſitudines, ſacrorum Canonum decreta latè comprobant.

Bernardum audiſſe juvabit, qui hanc conſiderationem Eugenio recolit. *Nonne ſi cauſa extiterit, Tu Epiſcopo cœlum claudere, Tu ipſum ab Epiſcopatu deponere, etiam & tradere ſatanæ potes? Stat ergo inconcuſſum privilegium Tuum tibi, tam in datis clavibus, quam in Ovibus commendatis.* Porrò omnem Epiſcoporum juriſdictionem Romani Pontificis poteſtati, ac diſpoſitioni adeo eſſe ſubjectam, ut impediri per ipſum ritè valeat, reſtringi, ampliari, diſpartiri, ipſoſque omni juriſdictione exuere, de gradu, Cathedrâque dejicere, ac exauthorare, vetus in Eccleſia mos hucuſque demonſtrat & uſus. Non eam ergo habent immediatè à Chriſto, quemadmodum poteſtatem Ordinis habent ab ipſo.

Lib. 2. cap. 8.

Poſſim paginas latè implere plurimorum commemoratione exemplorum. Satis, hæc inſigniora notaſſe. Helenen

nen Thraciæ Epiſcopum, non ignoratis opinor, Firmilianum Cæſareæ Archi-Præſulem, pluresque ex Capadocia, Cilicia, ac Gallatia Antiſtites, à S. Stephano Papa & Martyre, gravioris cenſuræ fulmine percuſſos, omni juriſdictione, ac Eccleſiæ communione fuiſſe privatos: ut iſtâ animadverſione experrecti à contumacia reſipiſcerent, quâ conceptum de iteratione Baptiſmi apud hæreticos ſuſcepti errorem acerrimè non tuebantur modò, ſed & latæ deſuper à Stephano ſententiæ, *ne quid innovaretur, niſi quod traditum eſt*, pertinaciſſimè reluctabantur.

S. Athanaſius, magnus ille Catholicæ fidei Zelator Africanis ſcribens impenſiùs congratulatur, quòd S. Papa Damaſus Urſacium, Miſiæ, & Valentem Murſiæ, Epiſcopos cum ſuis ſectariis Eccleſiâ, & ſedibus expulerit. Innocentius I. datis ad Arcadium Imperatorem litteris ità ſcribit. *Arſacium* (S. Chryſoſtomi hoſtem Dypticis & Catalogo Epiſcoporum priùs expunctum) *etiam poſt obitum exauthoramus, unà cum omnibus, qui conſultò, cum eo communicarunt Epiſcopis.* (Et infrà) *Ad Theophili* (Epiſcopi Alexandrini, qui cum ipſo Chryſoſtomo apud Damaſum pro Flaviano in Antiochiæ Patriarcham electo, intercesſerant, ut ejus electionem ratam habere Innocentius vellet, & confirmare) *abrogationem, addimus excommunicationem, anathematiſmum, & abſolutam à Chriſtianiſmo abalienationem.* Eumdem in finem Cœleſtinus I. S. Cyrillum Alexandrinum, Orienti Vicarium deputavit hiſce verbis: *Vice noſtrâ, & loco, cum poteſtate* (in Neſtorium Patriarcham Conſtantinop.) *uſus, non abſque exquiſita ſeveritate, ſententiam exequeris: nempe, ut niſi decem dierum intervallo ab hujus noſtræ admonitionis die numerandorum, nefariam doctrinam anathematizet &c. illicò Sanctitas tua illi Eccleſiæ proſpiciat.* Magnus item Leo per Legatos ſuos, Paſquaſium, Lucentium, & Bonifacium, Sede Alexandrinâ deturbavit Dioſcorum. Condemnationis tenor actione 3. Concilii Chalcedonenſis ſic exprimitur: *Sanctiſſimus Archiepiſcopus Magnæ & Senioris Romæ Leo, per nos, & per præſentem S. Synodum nudavit eum Epiſcopatus dignitate,* *quem*

Epiſt. in 1. part. Conc. Epheſ. c. 15

quem etiam ab omni ſacerdotali alienavit miniſterio. Et actione 11. de Baſſiano per vim conſecrato Epheſiorum Epiſcopo, ità legitur: *In manibus habemus litteras Papæ Romani, (Leonis) qui Baßianum depoſuit, & mandavit, earum lecturam palam fieri, ut declaretur quomodo remotus eſt, & quomodo eſt ejectus.* Haud ita multò poſt Felix III. Acacio Conſtantinop. multarum tranſgreſſionum reo, (ut atteſtatur Liberatus) declaravit *damnationis ſcripturam, munere ſacerdotali, & fidelium communione eum privans.* Unde & ejus nomen tabulis publicis, ac indice Epiſcoporum, ab Orientalibus eraſum, Joannes II. Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Juſtinus Imperator Hormiſdæ denunciarunt. Seculo ſequenti Agapetus Antimum ejuſdem Urbis Epiſcopum, intimum Imperatoris familiarem, Cathedrâ iſtâ expulit, eique Menam Alexandrinum, ſuâ manu ſacratum, ſpectante Imperatore, & tacente, impoſuit: ipſum verò Antimum in Sedem Trebiſantinam; quam ante hac poſſederat, quibuſdam ſtipulatis conditionibus (quibus non ſtetit) gratiosè reſtituit. *Cap. 18. Breviar. de Epiſcop. Alexan.*

Jungamne his Joan. I. Papam qui Contumelioſum, perditæ vitæ in Galliis Epiſcopum, dignitate & Sede ſpoliavit & punivit, ſuæque Eccleſiæ curam S. Cæſareo Arelatenſi Antiſtiti commiſit, quorum fidem facit tertia nominati Pontificis Epiſtola? Nicolaum I. qui Gonthariun Colonienſem, & Theútdagum Trevirenſem, Archiepiſcopos, conciliabuli Metenſis authores exauthoravit? Urbanum II. qui ut in Gallia Chriſtiana legere eſt, " Gaufri-,, dum LXI. Epiſcopum Carnotenſem apud Gregor. VII. ,, accuſatum ab Epiſcopatu depoſuit, & atteſtante Albe-,, rico, Ivonem à ſe Paduæ unctum ejecto ſubſtituit? Alexandrum III. qui Godefrido, filio Regis Angliæ ſecundò genito Licolnienſem Epiſcopatum ademit, cuique poſtmodum in Eboracenſi Cathedra collocato Cœleſtinus III. ſacris interdixit? Unum prætererire non licet, Adrianum II: cui Octavi Concilii Patres pro illis, qui cum Photio, per Nicolaum Papam I. ſacrorum omnium *Epiſt. innotuit Epiſc. Carnot. to. 2. tit.*

jure, ac uſu mulctati, ab Epiſcopatu amoti erant, ſupplices facti, humillimum in hæc verba libellum deſtinarunt. *Domine Beatiſſime, Papa, & Sedis Apoſtolicæ ſumme Præſul & Pontifex, omnes pro his rogamus, omnes unanimiter obſecramus, ſubveni miſeris, erige lapſos, & reſipiſcentibus concede veniam, & miſerationem, quam non merentur: adhibe medicinam: quatenus erroris authore, Photio amputato, cæteri Sedis Apoſtolicæ circa ſe patula reperiant: ita ut ſi ſe recognoverint, & quæ ab his malè ſuggeſta ſunt, vivâ voce, & præſenti ſubſcriptione damnaverint, non ſit erga eos inflexibilis miſeratio, ſed ſit tanta Sedis per omnia humana moderatio.* Et infra. *Veſtra igitur Paternitas, hoc circa hos poterit tenere libramen, ut ſcilicet pertinaces, & obſtinatos juſtitia comprimat, reſipiſcentes verò, & obedientes miſericordia non repellat.* Et annuit benignè precibus ſupplicantium
Act. 7. Pontifex per reſcriptum, quod & in dicta Synodo refertur. Pluribus nequaquam eſt opus, ad ſupremam Romani Pontificis in Epiſcopos adſtruendam poteſtatem tribuendi omnibus, & ſingulis ſuam juriſdictionem, adimendi, reddendi, reſtringendi, extendendi juxta cauſarum exigentiam.

Unum illud adjicio, & quæro. Deſignatis ad certam Eccleſiam, & locum, ſeu nominatis jam Epiſcopis, ſacra juriſdictionis poteſtas, ſi cœlitus illabatur, nec Chriſti Vicarius, medius Collator concurrat, quorſum ipſius beneficio, proviſione, inſtitutione, & confirmatione eſt opus? O! ſciant qui hoc volunt, iſtâ machinâ Chriſti Eccleſiam ſurſque deorſque rapi, pacem ejus, ac unitatem diſcindi, Hierarchicam Monarchiam funditùs everti, Petri Succeſſori ſupremam in univerſam Eccleſiam, ejuſque Paſtores authoritatem, divino jure attributam, per ſummam injuriam eripi. Solus & unus is eſt, qui ritè electus, ut Apoſtolicæ Petri Cathedræ imponatur, idcirco nullius prorſus eget confirmationis ſubſidio, quia in ipſum unum ex Chriſti diſpoſitione, omnis ſpiritualis poteſtatis plenitudo immediatè redundat, quæ in Petrum divinâ largitate copioſiùs fuit effuſa, ut in Succeſſores exundaret, ac exinde.

inde, ceu ex primæva origine in cæteros quoſvis Epiſcopos ſcaturiret. Hanc utriuſque poteſtatis, quæ ſummum Pontificem inter, & Epiſcopos modò facta eſt, diſcretionem, mavultis, opinor, ab ipſo Magiſtro Angelico paucis elucidatam intelligere: per me licet. Propria accipite verba docentis. *Poteſtas ſuperior, & inferior dupliciter poſſunt ſe habere: aut ita, quòd inferior poteſtas ex toto oriatur ex ſuperiori: tunc tota virtus inferioris fundatur ſuper virtutem ſuperioris: ſicut etiam in naturalibus, cauſa prima plus influit ſupra cauſatum cauſæ ſecundæ, quàm etiam ipſa cauſa ſecunda, & ſic ſe habet poteſtas Dei ad omnem poteſtatem creatam: ſic poteſtas Imperatoris ad poteſtatem Proconſulis: ſic poteſtas Papæ ad omnem poteſtatem ſpiritualem in Eccleſia. Quia ab ipſo Papa gradus dignitatis diverſi in Eccleſia, & diſponuntur, & ordinantur. Vnde ejus poteſtas eſt quoddam Eccleſiæ fundamentum, ut patet Mat.16. Poteſt iterum poteſtas ſuperior & inferior ita ſe habere, quod ambæ oriantur ex una quadam ſuprema poteſtate, quæ unam alteri ſubdit ſecundùm quòd vult: tunc una non eſt ſuperior alterâ, niſi in his, quibus una ſupponitur alii à ſuprema poteſtate. Et hoc modo ſe habent poteſtates Epiſcopi, & Archiepiſcopi, deſcendentes à Papæ poteſtate.* *In 2. diſt. 44. ad fin.*

Qualicumque ſorte Papalem, & Epiſcopalem poteſtatem ad invicem referas, illico advertes, illam ſuperiorem, atque ſupremam; hanc inferiorem, & ſubjectam. Ab illa gradus diverſos dignitatis per univerſam Eccleſiam & diſponi, & ordinari. Hanc quocumque conſiſtat gradu, ſuper virtutem ſuperioris fundari. Ab illa unam dignitatem alteri ſubdi ſecundùm quòd vult. Hanc, ſit Archi-Epiſcopalis, Primatialis, Patriarchalis, etiam ab illa oriri, & deſcendere. Compendio dixerim. Ab emicanti Petri Cathedra, omnem in omnes Epiſcopos Eccleſiaſticæ poteſtatis diffundi ſplendorem, haud ſecus ac à ſole, luminari primo & maximo, ad cœleſtium ſyderum illuſtrationem lux emiſſa diſpergitur.

Huc reſpiciens celebris Sorbonæ Doctor, Michaël Maucler us & luminoſum Eccleſiæ Cælum attentè contem-

Lib. 3. Monarc. Eccl. p. 2. c. 17. templatus, videtin'? exclamat. "Romanus Pontifex in "medio Epiſcoporum, velut ſol in medio Aſtrorum, ve-"ritatis, ac poteſtatis irradiante coruſco cunctos illu-"ſtrat". Diu ante Mauclerum multò id nervoſiùs expreſ-ſiſſe mihi viſus eſt S. Bonaventura, dicens. *Sola Roma u-niverſaliter ſicut ſol ſuper planetas, habet plenitudinem Poteſtatis ſuper omnes Eccleſias.* Equidem in Regno Cælorum ful-gent Sacrorum Antiſtites, quaſi ſtellæ matitunæ, ſinguli ſingulis Eccleſiis, velut aſtra ſcintillantia prælucent, dig-nitatis jubare ſplendicant, vigilantiæ rutilo præſident, corruſcationis munera impendunt, lucis ac directionis exempla oſtendunt, inditæ tamen, ac mutuatæ ab illo fon-te luminis, quem nullius prorſus alterius mediante con-curſu, per ſemetipſum Apoſtolico Throno inſeruit ſolis Conditor Deus: cujus radii in univerſis Epiſcopalium dignitatum Cathedris evibrantur: qui in Romano ſuo ſe Epyciclo volvens, lucis ſuæ ac poteſtatis portiones, in ſubjectos reliquarum Eccleſiarum Præſules pro arbitrio diſpartitur: qui ex alta illa ſpecula, ut Chriſtiani Orbis o-culus, communi fidelium ſaluti intentè proſpicit, po-tentiæ ſuæ vim, ac virtutem ubivis gentium, abſque ullo obſtaculo exerit; Chriſti oves, ac Paſtores ſanæ doctri-næ, immaculatæ fidei, illibatæ veritatis, præſcriptarum-que regularum claritate circumdat, fovet, & corroborat.

Serm. 22. in Hexam. tit de ſtatu Eccl. milit.

Conferamus quaſi in tabellam hæc dictorum ſpeci-mina. A primis Eccleſiæ ſæculis huc uſque, non unam ſervari ſcimus in Epiſcoporum electionibus normam & formam: at pariter non ignoramus, earum nulli conſtare valorem, nec robur, niſi à Petri Succeſſore rata habea-tur, ac Apoſtolico aſſenſu firmetur: ſive is dato diplo-mate exprimatur, ſive per Legatos ipſius, aut Vicarios, ſive per Patriarchas, ac Metropolitas deferatur, ex inſti-tuto Nicæni Concilii, cui Hoſius, Victor, & Vincentius, Romani Presbyteri & Legati, Patrum primi pro Sylve-ſtro ſubſcripſerunt, & cujus Canon quartus ita ſonat. *Epiſcopum convenit, maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in Pro-*

vincia Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficilè fuerit; tribus tamen omnimodis in idipſum convenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per unamquamque Provinciam, Metropolitano tribuatur Epiſcopo. Unde definitum affirmat, Innocentius I. *ut extra conſcientiam Metropolitani Epiſcopi nullus audeat Epiſcopum ordinare.* Ipſorum verò Metropolitarum, ſicuti & Patriarcharum electiones aut ratas facere, aut irritas, conſequenter & vices eis ſuas concredere, vel denegare, veteres agnoverunt, in unius fuiſſe Romani Pontificis manu. Flavianum contra juramenti præſtiti fidem, Miletio in Patriarchali Antiochena Cathedra ſuffectum, Damaſus, Siricius, Anaſtaſius ſtabilire conſtantiſſimè renuerunt, quantumvis ejus Ordinatores in Synodum convenientes, datis ad Damaſum litteris, & ipſemet etiam Flavianus, miſſis ad eumdem Legatis, impigrè inſtitiſſent. Donec tandem, atteſtantibus Theodoreto, & Zozomeno, S. Joannes Chryſoſtomus jam Conſtantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus, Epiſcopi à Clero Antiocheno, ipſoque Flaviano enixiùs rogati, Acaſium Epiſcopum Berœcenſem unà & Iſidorum, Romam ablegarint culpam deprecaturos, & confirmationis gratiam à ſummo Pontifice exoraturos.

Lib. 3. epiſt. 52.

Lib. 5. cap. 23.

Lib. 8. cap. 3.

Morem illum per omnem Orientem obtinuiſſe declaravit Simplicius Papa, quando in Timothei Epiſcopi Alexandrini locum, Epiſcopalibus & Clericalibus ſuffragiis, Succeſſor datus Joannes Thalaiæ, dictus, miſsâ legatione cum Synodicis litteris, electioni ſuæ Simplicii Papæ aſſenſum expetiit. Apoſtolica cujus epiſtola ad Acacium Patriarcham Conſtantinopolitanum ſcripta ſic habet. *Nuper ab Egyptia Synodo, atque ab ipſo omni propemodum Clero Alexandrinæ Sedis, ad Nos, ex more, relatio miſſa patefecit. S. memoriæ Fratrem, & Epiſcopum noſtrum, obiiſſe Timotheum; inque ejus vicem conſonâ fidelium voluntate, Ioannem ſubrogatum; ut nihil omninò reſtare videbatur, niſi ut Apoſtolicæ quoque moderationis*

 aſſenſu

aſſenſu votivam ſumeret firmitatem. Eidem Acacio renuntiavit idem ille Pontifex, delegatum Antiochenis Anaſtaſium, alibi Epiſcopum, requiſitam Calendionis Patriarchæ electi confirmationem ab Apoſtolica Sede impetraſſe.
Lib. 16. In viduatæ per Acacii mortem Eccleſiæ Conſtantinopoli-
cap. 18. tanæ ſolium contra fas relatus Flavius ſeu Flavitas, apud
& 19. Nicephorum, eò quòd Apoſtolica, quæ à Felice impotenter efflagitarat, neutiquam eſſet adeptus reſcripta, repentino interitu poſt menſes quatuor ſublatus eſt. Ad Alexandrinam Cathedram ritè evectus Flavitas à S. Thecla, in Breviario Liberati relatus, negavit fas eſſe, ut ſine prævio
Cap. 8. Romani Pontificis annutu, thronum Patriarchalem aſcenderet. Quare & ad Felicem Papam priùs miſit Synodicam. Memoremne nunc Acacium, Euphemium, Joannem,
Lib. 16. *cit.* Eutychium, de quibus Nicephorus? Pyrrum, Paulumque
Tom. 3. *in vita, Conſtant. Imperat.* de quibus Sonoras? Petrum ac Thomam, de quibus Synodus 6.? Tharaſii ſucceſſorem, Nicephorum, de quô apud Landulphum ſagacem litteræ propriæ ad Leon. III? Qui non ſuſtinuerunt in Conſtantinopolitanos Patriarchas ſeſe, niſi Paſtoris ſupremi authoritate præmunitos inaugurari? De Africanis Provinciis huc referre, non attinet. Nam exceptâ proconſulari, reliquis (ubi Sedes Metropoliticas in continuis perſecutionum tempeſtatibus erigere non licuit) pro Metropolita præſidebat cum poteſtate, Epiſcoporum ſenior: ut non ſit, quòd unus S. Auguſtinus protrudatur; adſcitus à Valerio Hipponenſium Antiſtite, Epiſcopalis munere cum ſucceſſione auxiliator. Gaudere etenim tum adhuc, perpetui uſus ſui privilegio per Sedem Apoſtolicam Afri ſinebantur. Qui licet à Pelagio II. abrogari juſſus fuerit, ſervari eum tamen, creberrimis ſupplicum precibus exoratus, Gregorius Magnus indulſit.

Modò quis non videat, niſi occluſos ſoli oculos obvertat, ex ſublimi firmamento Petri, ſolem Apoſtolicum minoribus Eccleſiæ ſyderibus eam irradiare vim, & virtutem, ſine qua neutiquam conſiſtit Epiſcoporum Sacra

cra poteſtas? Nec perinde eſſe, Epiſcopos in dignitatis Sede ſtabilire, firmare, juriſdictionis munire beneficio; ac materiam eis juriſdictionis divinitùs adeptæ ſuppeditare, territorium deſignare, prædicandi Provinciam indigitare? Quòd nuper is (qui ſe Theologiæ Tyrunculum profitebatur) dicere non dubitavit. Proch! quanta Apoſtolici Primatus prærogativa! ſuper univerſum Chriſti Ovile, quanta potentia! quanta potentiæ plenitudo quæ nihil plus poſſit quàm eis materiam exercendæ juriſdictionis ſufficere! Quorſum ergo inanis iſte titulus ſine re, ſine poteſtate, ſi titularis ille Primatus ad Epiſcoporum juriſdictionem, nihil poteſtatis conferre valeat, vel auferre? Porrò noſſe vultis, quantùm poſſit? Quantùm ſine ipſo Epiſcopi non poſſint? Barlaam Epiſcopum Gyracenſem, amicis in Græcia hæc nuntiantem, audiſſe oportet: *Mittit Romanus Pontifex, ad univerſas partes Doctores, viſitaturos ſingulas Provincias, & eos qui animabus præſunt, & examinaturos, quis modus illorum doctrinæ, quomodò Sacra tractant Myſteria, quomodò ſe gerunt cùm grege Domini, quomodò ſecum vivunt, ut horum relatione factâ, & quod deficit, ab illa ſede ſuppleatur, & quod peccatur, corrigatur.* Sic Liberius Euſebium Vercellenſem, & Luciferum Calaritanum Legatos in Orientem ire juſſit, qui plures illic Epiſcoporum Synodos coëgerunt: dejectos ſedibus Epiſcopos repoſuerunt: hæreſum Buccinatores dignitatibus exutos, denegatâ veniâ, repulerunt: ab his ſeductos, ſed pœnitentes, in gratiam receperunt. Sic Magnus Leo Abundium Epiſcopum Comenſem, Aſterium pariter Epiſcopum, Baſilium, & Senatorem Presbyteros eò deſtinavit, qui ad Eccleſiam redire anhelantium fidem excuterent: deindè & Epiſcopos Lucianum & Julianum, cui, ùt ad Pulcheriam Imperatricem ſcribit, *ſollicitudinem meam in cauſa fidei delegavi:* denique & Anatolium, qui de Attico in cauſa hæreſis Eutichianæ cognoſceret, & judicaret. Sic Symplicius Accacio Conſtantinopolitano vices ſuas commiſit, qui Aſiæ Epiſcopis veniam expoſcentibus,

Card. Baron.

Epiſt. 60.

bus, quòd in Imperatoris Baſiliſci, Eutichianam ſectam quaquauerſùm dilatantis ſententiam ignavè conceſſiſſent, noxarum, pœnarumque gratiam faceret. Sic Vigilius Arelatenſem Archiepiſcopum, Auxianum, per Galliam, vicarium munus obire voluit, dans ei peculiariter in mandatis, ut Rotomagenſem Antiſtitem Prætextatum examini ſubjiceret, ſententiæque addiceret. Sic Gregorius magnus (quod Epiſtolæ ejus probant) Leonem Epiſcopum in Corſicam inſulam deputavit, Diœceſis Sagonenſis Viſitatorem. Felicem Epiſcopum Sipontinum, *qui Eccleſiam Caneſinam Viſitator accedat*, Maximianum Epiſcopum Syracuſanum omnibus totius Siciliæ Eccleſiis Legatum præpoſuit. Venantium Epiſcopum Lunicænum versùs Gorgoniam inſulam, qui in ejuſdem Epiſcopum Saturninum, vitamque omnem inquireret. Idem Inquiſitionis in Piſaurienſis Antiſtitis mores, officium commiſit Diacono ſuo Caſtori. Joannis Conſtantinopolitani audaciam, & contumaciam per Eulogium, Præſulem Alexandrinum & delegatum ſuum fregit. Anthemio Hippodiacono mandavit, ut Pigmenium Amalphitanum, ad reſidentiam in ſua Eccleſia cogeret. Joannem, Epiſcopum Syracuſanum deputavit cum præſcripta exauthorationis diſciplina, quâ Lucium Epiſcopum Miletinum gradu deturbaret. Conſtantinum Antiſtitem Mediolanenſem monuit, juſſum à ſe Marinum, Epiſcopum Ravennatem, ut adversùs Maximum Solonitæ Epiſcopum, ſimoniæ reum judicio ageret. Quæro nunc, horum quidnam alii poſſint Epiſcopi? Atqui ſimilium delegationum plenæ ſunt ſummorum Pontificum omnium decretales litteræ, quæ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudinem in univerſam Eccleſiam cunctoſque Epiſcopos luculentè demonſtrant.

Card. Baron.

Lib. 1. epiſt. 76.

Epiſt. 51.

Lib. 2. epiſt. 4.

Lib. 4. epiſt 5.

Epiſt. 24.

Epiſt. 37.

Lib. 5. epiſt. 23.

Epiſt. 62.

Epiſt. 68. & 70.

Obſiſtatne fortaſſis Epiſcopalis poteſtas, quò minùs in qualibet per terrarum Orbem Diœceſi, Epiſcopalia munia per ſeipſum obire omnia, Romano Pontifici fas ſit? *Sed illi* (pro me cum Romana Synodo reponit Gregor. VII.)

ipſa Veritas in Evangelio contradicit, quæ B. Petro principaliter inter reliquos Apoſtolos hoc privilegium conceſſit, & generaliter omnes Apoſtolicæ poteſtati ſubjecit. Cui Sanctiſſimi Patres, Caliſtus, Fabianus, Sixtus, Sylveſter, Iulius, & reliqui innumerabiles adſtipulantur. Et recenſitis quibuſdam Symplicii Magnique Gregorii geſtis, quæ hic jam ſummatim recitavimus, ſubdit. *Quapropter, apertiſſimè decipiunt, ſeque reos Apoſtolicæ authoritatis efficiunt, qui ejus poteſtati temerè præjudicant, cùm cujuſlibet Epiſcopi ſubditos, non per Romanum Pontificem, ſed per proprium tantummodò Antiſtitem, ligari, vel ſolvi poſſe confingant. S. Romana Eccleſia vices ſuas ita aliis impartiivit Eccleſiis, ut in partem vocatæ ſint ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde liquidò demonſtratur, quòd quilibet Epiſcopus, nec ſuper gregem ſibi commiſſum tantam poteſtatem habeat, quantam Præſul Apoſtolicus: qui licet curam ſuam, in ſingulos Epiſcopos diviſerit, nullo modo tamen ſeipſum, ſua univerſali, & principali poteſtate privavit.* Etſi eam, ſolis adinſtar, largiſſimè communicet, per omnem, quà latè patet, Eccleſiam authoritatis ſuæ radios expandens, ut de plenitudine ejus Epiſcopi accipiant Univerſi, nec ſit, qui ſe abſcondat à lumine, influxuque ipſius: non Patriarcha, non Primas, non Metropolites, non Archiepiſcopus, non ſi cuncti in generalem Synodum coiverint Epiſcopi, ubi Eccleſiaſtici corporis ſuſtineant figuratâ locutione perſonam. Cap. 23.

Totum quippe, quantum, quantum eſt Corpus illud, non niſi Viſibilis Capitis ſui ſpiritu animatur, & vivit: non niſi ejus influxu movetur ad certæ fidei complexum: non niſi ejus ductu dirigitur in viam veritatis, ſine quo aberraſſe, non ſemel eſt deprehenſum. Ab illo igitur dependeat immediatè neceſſum eſt, à quo robur ſuum, ac firmitas provenit: illius poteſtate nitatur oportet, quo vindice Conciliorum placita, & ſtatuta in tuto ſunt, ſartaque, & tecta. Oecumenicorum autem Conciliorum hactenus nullum extitit, quòd non fuerit Apoſtolicæ Sedis authoritate fulcitum, & ſtabilitum.

tum, atque ex cujus ſententia non ſint compoſita Orientis, Occidentiſque negotia. Unius Paſchalis teſtimonium fidem fecerit, quod cap. *ſignificaſti.* de electione allegatur. *Omnia Concilia per Romani Pontificis authoritatem, & facta ſunt, & robur acceperunt.* Idque jure merito. Nam cui quæſo, Synodali fidelium cœtui, Dominus univerſæ Eccleſiæ ſuæ curam commiſit? Super quam congregationem, ſuam fundavit Eccleſiam? Cui Concilio Regni Cœlorum claves concredidit? Cui Synodo paſcendas tradidit Oves? Et quiſnam cœtus juſſus eſt poſt converſionem ſuos confirmare fratres? In Unum Petrum hæc congeſta ſunt officia, ut ab uno Petro, unoque Succeſſore Petri in reliquos Eccleſiarum Paſtores, ſive ſingulatim agentes, ſive in Synodo adunatos, immediatâ dimanatione derivarentur. Maximô iſtud divinæ Providentiæ eſt diſpoſitum beneficiô: non aliquô Apoſtolorum, aliorumque fidelium decretô: non humano jure: nullis Synodicis conſtitutis ordinatum: (alioquin non niſi Eccleſiæ Vicarius, Papa foret) ſed ab ipſo Salvatore Deo, gratulatur Hieronymus, cum tanta poteſtatis plenitudine inter duodecim unum eſſe electum: ut *Capite conſtituto, ſchiſmatis tollatur occaſio.* Illa igitur unius delectio, ille unius Primatus, non honoris ſolummodò eſt, nec loci, nec anteceſsûs, ex quorundam figmento, ut nempè primus ſedeat, primus dicat, primus audiatur: ſed ſupremæ in univerſos poteſtatis, *ut ſchiſmatis tollatur occaſio.* Neque enim ſchiſma ſublatum ſit per ſolius honoris, locive prærogativam, & precariam quaſi authoritatem: nec ſi ſciant, cui deferre debeant Epiſcopi, cætera cum ipſo pares (quod nuperus iſte Tyro effutire auſus fuit) ſed ſi ſciant à cujus hìc debeant poteſtate pendêre, & poteſtate donari, *ut ſchiſmatis tollatur occaſio.* Horſum non ſatis: haberi in Cœlis Regem gloriæ, Dominum virtutum, Ovium ſuarum, ac Ovilis Conditorem: adhæc, & Spiritum Sanctum adeſſe Eccleſiæ: niſi præterea Eccleſiæ præſit quis, qui vivâ voce eam doceat, regendi regulas ipſi præſcribat, Paſtoribus imperet,

Lib. 1. contra Iovin.

peret, juriſdictionem tribuat, & munimen: ne ambitionis inſolentia, quæ alterum alteri, parem pari cedere haudquaquam ſinit, nec poteſtatum patitur æqualitatem, Chriſtianam Rempublicam in multiplicia ſchiſmata tranſversim rapiat, portæque inferi prævaleant adversùs eam. Tanto malo unum ab una Petri Cathedra remedium: unde unitatis initium; quia omnis poteſtatis, & juriſdictionis ibi ſervatur exordium. Sola eum in finem divinitùs erecta fuit, ut in ea una, (contra Parmeniam urget Optatus Milevitan.) *Vnitas ab omnibus ſervaretur, ne cæteri Apoſtoli ſingulas Cathedras ſibi defenderent, ut jam ſchiſmaticus, & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram, alteram collocaret. Ergo Cathedra unica, quæ eſt prima de dotibus.* Unica quæ ab ipſo Chriſto Domino, dum in terris ageret, fuit extructa. Prima in donis poteſtatis, & juriſdictionis, in eam unam divinitùs, & immediatè cumulatis. In his, quærit Magnus Pater Auguſtinus: *Quis neſcit, illum Apoſtolatûs Principatum cuilibet Epiſcopatui præferendum?* Contra eum qui ſe erigit, qui ſe opponit, qui renititur, ſeu, ut verbis Cypriani ad Antonium loquar, quiſquis ab illa unitatis origine ſe avellit, & ſegregat, *Epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem, qui Epiſcopatûs nec unitatem voluit tenere, nec pacem.* *Lib. 2.* *Lib. 2. de Baptiſm. cap. 1.*

Simul ac ſchiſmatis, aut hæreſis unco abſtractus, Apoſtolicæ Cathedræ caput ſubmittere renuit Epiſcopus, quamvis ipſum ei Ordinationis Sacramentum eradi, & exſculpi poteſtas nequeat; eò quòd neutrum à Pontificis arbitrio, ſed à ſola Chriſti Dei diſpoſitione immediatè dependere cognoſcatur, omni tamen juriſdictionis facultate protinùs exuitur. Et hâc ratione evincit Magiſter Angelicus, Epiſcopalis juriſdictionis poteſtatem non immediatè ex Dei provenire ordinatione, ſed ex hominis injunctione. Ad pœnam litteræ. Sic habet: *Duplex eſt ſpiritualis poteſtas: una ſacramentalis, alia juriſdictionalis. Sacramentalis quidem poteſtas eſt, quæ per aliquam conſecrationem confertur: omnes autem conſecrationes Eccleſiæ ſunt immobiles, manente* *2.2.q.39. art. 3.*

nente re, quæ conſecratur: ſicut etiam patet in rebus inanimatis. Et ideò talis poteſtas ſecundùm ſuam eſſentiam remanet in homine quamdiu vivit, ſive in ſciſma, ſive in hæreſim labatur. Poteſtas autem juriſdictionis eſt, quæ ex ſimplici injunctione hominis confertur: & talis poteſtas non immobiliter adhæret. Vnde in ſchiſmaticis, & hæreticis non manet. Vnde non poſſunt nec abſolvere, nec excommunicare, nec indulgentias facere, aut hujuſmodi aliquid: quod ſi fecerint, nihil eſt actum. Idque ex Pontificiæ legis diſciplina, ac præſcripto: ne quis reponat, jam dicta in ſummo etiam locum obtinere Pontifice: in quem nemini uni in terris, & ne Oecumenicæ totius quidem Eccleſiæ Synodo ulla eſt poteſtas. Sed ut ejus authoritas omni eſt Concilio ſuperior, ita & ſoli divino reſervatur judicio: ad cujus unius Cathedram eapropter perfidia non habet acceſſum, nec ullus poteſt irrepere error, quia ſola illa & unica ſuper ſolidam ædificata Petram, Divini muniminis ſingulariter vallata præſidio, ſuperbas elidit inferorum portas: ſtatque tuta ei, inconcuſſa, ac immota univerſam paſcendi, regendique Eccleſiam ſuprema poteſtas, ex inde communicanda cæteris.

THEOLOGI SORBONICI

HOc ô! ut ſatis expendat recentiorum inconſulta temeritas, auſa ſuſtinere, & dicere. Omnes, ſive ſint Papæ, ſive Archiepiſcopi &c. æqualis omninò eſſe authoritatis & juriſdictionis ex inſtitutione Dei. Parem cunctos Hierarchizantes recepiſſe à Chriſto; ita ut pares ſint in poteſtate, regimine & juriſdictione. Tantumdem poſſe Epiſcoporum ſingulos per ſuas Diœceſes, quantum per Romanam Pontifex. Illorum unumquemque in Eccleſiæ ſuæ ſede Papam eſſe, perinde, ac iſte eſt in ſua. Damnavit hæc olim paradoxa inclitus Pariſienſium Cancellarius Gerſon tali pronuntiatâ ſententiâ.

Status

" Status Papalis eſt à Chriſto immediatè, & ſupernatu- " raliter, tamquam Primatum habens Hierarchicum, & " Regalem in Eccleſiaſtica Hierarchia. Secundùm quem " ſtatum unicum, & ſupremum, Eccleſia militans dicitur " una ſub Chriſto, quem ſtatum quiſquis impugnare vel " diminuere, vel alicui Eccleſiaſtico ſtatui particulari " coæquare præſumit, ſi hoc pertinaciter faciat, hæreticus " eſt, ſchiſmaticus, impius atque ſacrilegus. Cadit e- " nim in hæreſim toties expreſsè damnatam à principio " naſcentis Eccleſiæ, uſque hodie, tam per inſtitutio- " nem Chriſti de Primatu Petri ſuper alios Apoſtolos, " quàm per traditionem totius Eccleſiæ, in Sacris eloquiis " ſuis, & generalibus Conciliis &c. Quia Eccleſia in " uno Monarcha ſupremo, per univerſum fundata eſt à " Chriſto: & nullam aliam politiam inſtituit Chriſtus " Monarchicam, & quodammodo Regalem, niſi Eccle- " ſiam. Oppoſitum ſentientes de Eccleſia, quod ſcilicet " fas eſt, eſſe plures Papas, aut quòd quilibet Epiſcopus, " eſt in ſua Diœceſi Papa, vel Paſtor ſupremus, æqualis " Papæ Romano, errant in fide, & unitate Eccleſiæ. Et " ſi pertinaces maneant, judicandi ſunt hæretici, ſicut " Marſilius de Padua, & quidam alii. Poteſtas Apoſtolica " in ſua plenitudine, eſt formaliter, & ſubjectivè in ſolo " Romano Pontifice, & ex inſtitutione Chriſti, nullus in " Eccleſia debet dare, vel ſuſcipere gradus Hierarchicos, " qui ſunt, purgare, illuminare, & perficere, ſi non inter- " veniat verè, vel interpretativè, authoritas ſupremi Hie- „ rarchæ, vel Monarchæ in Eccleſia Sancta Dei". Hinc " Status Prælationis Epiſcopalis habuit in Apoſtolis, & „ Succeſſoribus, uſum & exercitium ſuæ Prælationis ſub „ Papa Petro, & Succeſſoribus ejus, tamquam ſub haben- „ te, vel habentibus plenitudinem fontalem Epiſcopalis „ authoritatis". Non ſatis videbatur Venerabili Cancel- lario ex traditione Eccleſiæ, ſacris Eloquiis, & generali- bus Conciliis adſtruxiſſe Principatum Petri ſuper alios Apoſtolos, & Papæ Primatum, Hierarchicum, Monarchi-

Tract. de ſtat. Eccleſ tit. pro ſtatu ſumm. Pont. conſid. 1.

Tract. de auferribil. Papæ conſid. 8.

Tract. de ſtatu Prælat.

cùm, & Supremum ſuper totam Eccleſiam Militantem, unum & ſolum immediatè à Chriſto fuiſſe inſtitutum, adhæc & dictitantes, quòd quilibet Epiſcopus ſit in ſuâ Diœceſi Papa, vel æqualis Papæ Romano, ad hæreticos, & ſchiſmaticos amandaſſe, niſi & addidiſſet præterea: Poteſtatem Eccleſiaſticam in ſua plenitudine adeò formaliter, & ſubjectivè in ſolo Romano Pontifice ex Chriſti inſtitutione reſidere, ut nullus Hierarchitarum, ſeu Epiſcoporum, purgare, illuminare, perficere, regere, & jus dicere valeat, ſi non interveniat ſupremi Hierarchæ, vel Monarchæ, Papæ Romani authoritas. Utpote cui Prælatio Epiſcopalis ſubeſt, tamquam ſub habente plenitudinem fontalem Epiſcopalis authoritatis; unde & conſequenter, velut ex prima in terris origine, & fonte, neceſſe habent Epiſcopi juriſdictionis ſibi adſciſcere poteſtatem. Ex his perſpicuè eluceſſit mens & ſententia Cancellarii Gerſon, ita ut ſi alicubi quippiam dictis contrarium in ejus libris inveniatur, credi, non ſine fundamento poſſit, aliunde inſertum, ac ingeſtum, cùm inter ejus opera, circumferri quædam ſuppoſititia, ſatis compertum ſit. Nec unus Gallorum, nec ſolus ità ſenſit Joannes Gerſon: in eamdem olim ivit non ſemel ſententiam Pariſienſis Sacra Facultas. Marcilium Paduanum (cujus meminit Gerſon) effutire auſum (ut recenſet Spondanus), *Ad annum 1324. n. 7.* "Quòd Petrus non plus authoritatis habuerit, quàm quilibet cæterorum Apoſtolorum: omneſque Sacerdotes, ſive ſit Papa, ſive Archiepiſcopus, ſive Sacerdos ſimplex, ex inſtitutione Chriſti æqualis ſint authoritatis, ac juriſdictionis"; hæreticis ac ſchiſmaticis annumerandum, jam inde ab anno 1330. cenſuit. Cùmque ſequentis ſæculi anno 48. die 30. Julii propoſuiſſet Joannes Laillier pro Sorbonica (ut vocant) inter cæteras aſſertiones, etiam has. 1. Petrus non habuit à Chriſto poteſtatem ſuper alios Apoſtolos, neque Primatum. 2. Omnes Hierarchizantes æqualem poteſtatem habent à Chriſto &c. 7. Eccleſia Romana non eſt Caput aliarum Eccleſiarum &c.

&c. Hominis audaciam non ferendam rati dictæ Facultatis Doctores Theologi, damnatis aſſertionibus cautetium inuſſerunt, eorumque Authorem gradu ac honore indignum pronuntiarunt. Anno 1535. eadem S. Facultas in aula Sorbonæ congregata, transmiſſos à Franciſco I. Galliarum Rege Proteſtantium Germanorum articulos, ſeu errores hæreticos proſcribens, in ſua ad Regem Epiſtola, primo illorum articulo, qui ſupremam Romani Pontificis in univerſam Eccleſiam impetebat authoritatem, oppoſuit hunc. " Firmiter tenendum eſt, Hierar„chiam Eccleſiaſticam eſſe jure divino inſtitutam, quæ „uſque ad conſummationem ſeculi perduratura eſt: nec „in humana ſitum eſſe poteſtate, illam inſtituere, aut „deſtituere. Cujus quidem Hierarchiæ Eccleſiaſticæ eo„dem jure divino Monarchica poteſtas, eſt Papalis; cui „quilibet fidelium ſubeſſe dignoſcitur, cui ſubdita dig„nitas Epiſcopalis adjungitur &c.". Aliam deinde propoſitionem, quam tuebatur Ægidius Bigotius Theologus Cadomenſis, nempe, claves Eccleſiæ non ſolùm fuiſſe promiſſas Petro, ſed etiam aliis Apoſtolis æqualiter; anno 1558. hæreticam judicavit, fideique contrariam. Inter reliquos item circiter 50. Apoſtatæ Spalatenſis de Dominis errores, in quos totidem diſtrinxit hæreſeos, & ſchiſmatis cenſuras, iſte cumprimis, " Diſ„paritas poteſtatis inter Apoſtolos, humanum eſt inven„tum, in Sacris Evangeliis, & Divinis Novi Teſtamenti „Scripturis minimè ſubſiſtens", tali caſtigatione contunditur. " Hæc propoſitio eſt hæretica, & ſchiſmatica, „de Juriſdictione Apoſtolica ordinaria, quæ in ſolo „D. Petro ſubſiſtebat, intellecta". Pari notâ ſignantur & hæ ſequentes. "Epiſcopi omnes ſimul, & in ſolidum „regunt Eccleſiam ſinguli cum plena poteſtate: Epiſcopi „dicuntur Apoſtolorum Succeſſores, quia in eorum offi„cio, quod erat Apoſtolorum omnium commune, ſucce„dunt omnes omnibus in ſolidum. In poteſtate univer„ſali ſuccedunt Epiſcopi, non modò univerſi, ſed etiam ſingu-

Lib. 1. de Republica Chriſtian. c. 2. n. 18.

Lib 2. c. 1. n. 9. & 13.

Num. 15.

C.8.n.13. „ ſinguli. Erat ergo, & eſt Romana Eccleſia præcipua, „ nobilitate, exiſtimatione, nominis & dignitatis authoritate, non regiminis & juriſdictionis Principatu.' Huic " hanc notam impreſſit cenſura Sorbonæ". Hæc propoſitio eſt hæretica & ſchiſmatica, quatenus apertè inſinuat, Romanam Eccleſiam jure divino authoritatem " in alias Eccleſias non habere ".

Verùm multò altiores intra Galliam egit hæc, quam ſuſtinemus, doctrina radices: prout ex iis, quæ ſuperiùs ex SS. Thoma Aquinate, & Bonaventura, Majoribus Pariſienſis Scholæ Luminaribus recitata ſunt, fit perſpicuum. B. item Albertus, re & nomine Magnus, ſplendidiſſimum ejuſdem Scholæ Sydus, quærens qualiter (In 4. diſtinct. 24. Ad 1. & 2.) poteſtas juriſdictionis Archiepiſcopis conferatur, conſequenter & Epiſcopis, reſpondet. Quod illa ſeu *jus Archiepiſcopale* (idem eſt de Epiſcopali) *confertur eis à Papa. Sed juriſdictio univerſalis poteſtatis deſcendit in ipſum a Domino, ex hoc, quòd Petro ſuccedit.* (Ead. diſtinct. in 4.) Durandus etiam & Petrus de Palude Galli, Ord. Præd. ille Meldenſis Epiſcopus, hic Patriarcha Hieroſolymitanus, ita diſcurrunt. "Poteſtas, „ quæ tota data eſt uni in ſuo fonte, non eſt in aliis niſi „ derivata, & limitata, pro illius voluntate: ſed poteſtas „ juriſdictionis, quæ eſt ad regendum populum, tota, & „ in ſuo fonte data eſt ſoli Petro, & in ſucceſſoribus ejus, „ quando cura Eccleſiæ ipſi fuit commiſſa, dicente domino Joan. ult. *Paſce oves meas*. hoc enim nulli aliorum Apoſtolorum dictum eſt, nec tunc, aut priùs, aut " poſtea; ergo talem poteſtatem plenam & perfectam " habet ſolus ſucceſſor Petri, qui ob hoc Papa dicitur, " quaſi Pater Patrum: in aliis autem non eſt niſi derivata, & limitata prout Papæ placet. Et hoc eſt rationale. Quia optimum regimen unius multitudinis eſt, " quando regitur per unum ſupremum, à quo deſcendit " authoritas regendi in alios, & uſque ad infimos. Ergo " in tota Eccleſia debet eſſe unus univerſalis Rector, à " quo deſcendat authoritas regendi in medios, uſque ad

„ Rectores infimos : & hic eſt Papa : & propter hoc ſtat „ unitas Eccleſiæ, quòd omnia membra ſunt ſub uno Capite". Peculiaribus inſuper ſcriptis de poteſtate Petri, Papæ, Apoſtolorum, Epiſcoporum, & Curatorum, ſuprà memorati Marſilii errores diſpunxit Paludanus, quæ & proſtare affirmat Spondanus.

Adeo hæc explorata fuerunt Herveo Natali, Doctori Pariſienſi,& Magiſtro Generali totius Ordinis FF. Prædicatorum, qui floruit ſeculo decimo tertio, ut tractatui ſuo de poteſtate Papæ, hoc exordium ponere non dubitarit. "Quidam ignorantes poteſtatem Sedis Apoſtolicæ, vel contemnentes eamdem, quærentes ſuam poteſtatem ſtatuere, & indebitè ampliare, nolunt recognoſcere, ſuam poteſtatem eſſe à Sede Apoſtolica, „ dicentes, poteſtatem Epiſcoporum & Curatorum „ æquè eſſe immediatè à Deo, ſicut poteſtatem Sedis „ Apoſtolicæ, & poteſtatem prædictorum Epiſcoporum, & Curatorum non eſſe à Papa, ſed immediatè „ à Chriſto : quod erroneum judico, ſicut infra patebit. „ Ad hujus ergo erroris excluſionem, dico", (inquit in ſequentibus) "Quòd omnes poteſtates juriſdictionis Eccleſiaſticæ, aliæ à poteſtate Papæ, ſunt ab ipſa poteſtate Papæ, vel ab ipſo Papa, quantùm ad inſtitutionem, & quantùm ad collationem. Probatur ex principatu Petri ſuper totam Eccleſiam. Quia illi ſoli convenit ordinare de juriſdictione in Eccleſiaſtica communitate, qui habet dominium ſuper eam, vel illi, à quo „ tale Dominium dependet. Patet autem, quòd communitas Chriſtiana habet Papam Principem & Dominum „ generalem, cujus Dominium non dependet à conſenſu „ communitatis Chriſtianæ, ſed à ſolo Chriſto, ut ſuprà probatum eſt, ergo omnes poteſtates juriſdictionis „ Eccleſiaſticæ ſunt à Poteſtate Papæ &c. aliàs non haberet plenitudinem poteſtatis, quod falſum eſt &c. „ Probatur etiam ex ordine Eccleſiaſtico. Inter habentia ordinem ſecundum influentiam, ſeu cauſalitatem *Loc. ante. cit.*

 eſſe-

" effectivam, ſecundum accipit à primo virtutem, per " quam agit in tertium. Sed ordo Eccleſiaſticus, qui eſt " inter Papam & Epiſcopum, & Curatum, eſt ordo ſecundùm influentiam, prout unus movet alium ſecundùm actus Hierarchicos; Ergo in iſto ordine, Epiſcopus, qui eſt ſecundus reſpectu Papæ, accipit à Papa virtutem, per quam agat in inferiorem. Sed talis poteſtas, vel tale principium non eſt aliud, quàm poteſtas juriſdictionis; ergo &c. Præterea. Sicut in ædificio materiali omnes partes aliæ à prima, dependent ab ipſa prima, ſicut à fundamento, ita omnes poteſtates juriſdictionis Eccleſiæ, aliæ à poteſtate Papæ. Sed iſta dependentia non poteſt intelligi niſi inquantum aliæ poteſtates habent originem ab ipſa; igitur &c. Quia talis dependentia non poteſt intelligi, niſi ſecundùm quòd una habet ortum ab alia &c". Quæ ibi per authoritates & rationes, latiſſimè proſequitur.

Lib. de prim. Petri §. 6. Sequitur & Epiſcopus Vavrenſis, Carolus Franciſcus de Raconis. "Quod in regno eſt Rex reſpectu ſuorum Principum, & ſubditorum, idem eſt in Eccleſia Papa, ſedens in Cathedra S. Petri in comparatione ad omnes Eccleſias particulares, omneſque fideles, cujuſcumque Regionis ſint, in Aſia, Africa, Europa, Palæſtina, Italia, Gallia, Hiſpania, &c. & ſicut omnes ſubditi alicujus Monarchiæ dependent à Rege, à quo derivatur omnis authoritas, quæ diffunditur per univerſa Collegia ſui ſtatus, ita etiam quidquid luminis eſt in Doctoribus, ſoliditatis in lapidibus domûs Dei, quæ eſt Eccleſia, & quidquid authoritatis in Prælatis, ac Paſtoribus, totum hoc tenetur & dependet à Romano Pontifice, S. Petri Succeſſore, quem Chriſtus Dominus in ſua Eccleſia conſtituit, ut Caput, ſolem, fontem, caudicem, fundamentum, Monarcham omnium populorum; ad hoc, ut

§. 7. ipſe omnes iſtius corporis myſtici (quod eſt Eccleſia) partes ad agendum moveat per ſuum influxum". "Authoritas in perſona S. Petri originaliter reſidens, & quam Chriſtus Dominus ipſi, ut Capiti ac ſupremo Ecc-

cle-

"cleſiæ Paſtori; primùm & principaliter communicavit, "& deinde inter omnes extendit Apoſtolos, ſecundùm "unitatis ordinem, & adhæſionis cum ipſo; quemad-" modùm à capite nervi profluunt, & ſpiritus animales, "ex fonte rivi ſcaturiunt, à radice ac ſtirpe arboris ve-" nans ſuccus exuberat, ſeſeque omnibus trunci partibus latè inſinuat". Prænominatus Cardinalis Alliacenſis. "In "Petro, & cæteris Apoſtolis non fuit æqualis poteſtas "regiminis: ſed ex Chriſti inſtitutione, in hac poteſtate "Petrus fuit major, & præfuit aliis, & habuit Principa-"tum univerſalis Eccleſiæ, & fuit in ea Pontifex ſum-"mus; & conſequenter ſpiritualis Monarcha ſupremus". *Quæſt. Veſper. concluſ. 1. l & q. Reſumpt. D.*

Nicolaus Coeffeteau Maſilienſium Epiſcopus, ſententiam docentium, juriſdictionis poteſtatem Epiſcopis ab Apoſtolica Petri Cathedra immediatè provenire, authoritate Gregorii Nyſſeni, Innocentii I. & Leonis egregiè ſtabiliens ſubdit. "Nuſquam negat S. Cyprianus inter-"ventu Pontificis conferri à Deo Epiſcopis juriſdictio-"nem. Imò pro hac ſententia omnino pugnare videtur. "Nec noſtræ ſententiæ obeſt Auguſtinus. Non enim ne-"gamus, ſed facimus Chriſtum, Ordinis Epiſcopalis Au-"thorem, atque ex ejus ordinatione relictos in Eccleſia "aſſeveramus, eoſque eſſe Succeſſores Apoſtolorum, qui "tamen Petrum ſuæ poteſtatis radicem agnoſcunt". *Lib. 2. pro S. Monar. diſcur. 5.* Gammacheus tractans de Sacramento Ordinis: ſcribit ad marginem. "Juriſdictio Epiſcopis non competit ratione "Characteris, ſed ſolius beneficii", dictumque hâc ra-"tione confirmat. "Unde etiam fit, ut Characterem a-"mittere nequeant: juriſdictione verò privari poſſint. "Sicque clariſſimi Theologi ſuſtinent; Epiſcopos habere "poteſtatem Characteris immediatè à Chriſto: non ta-"men poteſtatem juriſdictionis: ſed hanc à ſummo Pon-"tifice accipere". *In 3. p. c. 5. fol. 684.* Andreas Duvallius eiſdem cum Va-vrenſi Epiſcopo comparationibus Capitis, ſolis, fontis, &c. uſus ait. "Petrus accepit claves Eccleſiæ, ut cui ſupremus "illius Paſtor à Chriſto conſtitueretur. Quia ab illo in *Tom 2. tract. de ſup. Rom. Pont p. 2. qu. 3.*

reli-

" reliquos Eccleſiæ Paſtores, tamquam à fonte, Capite, & "radice erant derivandæ. Et cùm poteſtas Concilii, qua- " tenùs Concilii, ſit juriſdictionis, & non ordinis. Nos
p. 4. q. 9. 'verò primâ parte oſtenderimus, quamlibet juriſdictionis 'poteſtatem à ſummo Pontifice, tamquam à fonte, Capite,
In cap. 16 Mat. l. 2. de oblata ab hæret. condit. '& radice dependere, ſequitur profectò &c". Et præter- ,miſſis Joanne ab Arbore Leodienſi. Roberto Cenal Ab- 'rincatuorum Epiſcopo. Petro Aurelio in vindiciis cenſ. 'Pariſ. N. Bail cùm illud præmiſiſſet, " Summi Pontifi-
Tract. de trip. verbo Dei. tit. de auth. Concil. gener. &c. 'cis eſt dirigere Concilium, ea proponere, quæ in eo tra- " ctanda ſunt, judicanda, ac definienda, eadem definita " confirmare: cùm robur & poteſtas Concilii ab eo de- " pendeat", poſtea quæſtionem 16. reſolvit his verbis. " Poteſtas Epiſcopi & Archi-Epiſcopi deſcendunt à po-
Tit. ſolutio 73. q. q. &c. teſtate Papæ". Et mox, "Utrum à Papa derivetur poteſtas " in aliis Prælatis? Reſpondet affirmativè S. Thomas".

Quæſt. 23 Præterire hìc haudquaquam licet Michaëlem Mauclerum: qui veritatem, quam tuemur, authoritate D. Angelici muniens, ſubjicit. Ex his antedictis concludit S. Thomas:
Lib. 4. p. 2. cap. 8. col. 539. " Epiſcopos, alioſque Prælatos Eccleſiæ, nullam juriſ- " dictionis habere poteſtatem, niſi à Papæ ordinatione, ,, imperioque profectam". Alioquin " incommoda, &
Ibid. col. 541. in margine. " abſurda multa ſequerentur; ſi poteſtas Epiſcoporum " Eccleſiæ immediatè à Papa non procederet. Primùm " enim à poteſtate ſuprema Romani Pontificis alienum " eſſet, aliquid circa Epiſcoporum juriſdictionem, cùm " res ratioque poſtularet, immutare. Quia cùm hæc ju- " riſdictio à Christo Domino immediate, non à Romano " Pontifice profecta ſubſiſteret"; aliquid de ea diminuere " aut variare, Papa, Chriſti Vicarius, nullâ ratione poſſet. " Cùm illud totum per ſeipſum Dominus ordinaſſet: Si- " quidem quæ ſic à Chriſto Domino ordinata ſunt, extra " ſphæram Pontificiæ poteſtatis elevantur, ne quid ab ea " mutationis, alterationiſque patiantur". Reliqua mala
Col. 543. ibid. recenſens pergit. " Ut certè huic quæſtioni finem " imponam: niſi poteſtas Epiſcoporum, facultaſque juriſ-

dictio-

" dictionis à Pontificia Majeſtate immediatè flueret,non „ eſſet in Majeſtatis illius authoritate ſitum, alicui Epiſ- „ copo, propter delicta, facultatem juriſdictionis adime- „ re: illumque exauthoratum, degradatumque, omni „ Eccleſiaſticæ functionis honore privare. Cùm talis fa- „ cultas à ſolo Chriſto, non ab ejus Vicario, Romano „ Pontifice procedere diceretur. Quod aſſerere, planè „ Hæreticum eſſe, ipſa Generalia Concilia, Eccleſiæ de- „ creta, Pontificum Romanorum reſcripta, SS. Patrum „ teſtimonia, uſus denique Eccleſiæ vetuſtiſſimus, recep- „ taque ab omni tempore conſuetudo pronunciavit. „ Quare Ordo, & conſecratio Epiſcoporum à Chriſto *Lib. 5. c. 2. col. 572.* „ immediatè; juriſdictio verò, & modus regendi Eccle- „ ſiam Dei, non niſi mediatè, ſed immediatè à Romano „ Pontifice proficiſcitur. Cùm ſic eorum Ordo, & con- „ ſecratio immediatè à Chriſto Domino profecta creda- „ tur, ut nihilominus juriſdictio eorum, moduſque re- „ gendi Eccleſiam Dei, ab immediata S. Petri, eiuſque „ Succeſſorum, Romanorum Pontificum poteſtate, dig- „ nitateque à Chriſto Domino collata, promanare cen- „ ſeatur". Sine qua dimanatione, ut ante oſtendit,unitas, & pax univerſalis Eccleſiæ conſiſtere nullatenus poſſet: ſed ab imis concuſſa fundamentis, in exitiales diſcerperetur confuſiones.

Longum eſſet cætera enumerare mala, & incommoda Chriſtianam Rempublicam preſſura, & ſubverſura, niſi à Pontifice Maximo, tamquam ſpiritu, tantum corpus regeretur. Continuo miraculo opus ſit, ut uno charitatis, fideique nexu, ſub tot ſingularibus Paſtoribus diſcreti jungamur, niſi ſummum Præſulem univerſi reſpiciant, qui unus unius gregis, & Ovilis Paſtor, totum gregem, gregibuſque ſingulis præfectos à ſe Paſtores, plenitudine poteſtatis contineat: cui altum in Epiſcopos jus ſit: ut quæcumque ſtatuerint,etiam ſimul omnes in unum coacti, ipſe vel rata, vel irrita eſſe decernat: cui & dignitatem debeant, atque authoritatem: cui ut ſupremo Principi ac

Monarchæ per Chriſtum Dominum conſtituto, tamquam poteſtate inferiores ſubordinèntur, ſubdanturque, à cujus diſpoſitione ac voluntate Epiſcopalis poteſtatis jura dependeant: ad cujus tribunalis diſciplinam illa, quæque intra Epiſcopalis juriſdictionis ſepta clauduntur, per ipſummet exigantur, vel abs ſe delegatis exigenda ac decidenda committantur, prout rectè expendit Mauclerus. Hujus, haud ſecus ac aliorum hactenus recitata præſtantiſſimorum Doctorum Pariſienſium teſtimonia, Facultatiſque Theologicæ decreta, adeo clara ſunt, ac liquida: ut de ſenioris ac ſanioris Sorbonæ doctrina ac ſententia, nemini dubium ullum eſſe poſſit.

Cit. col. 541.

DOCTORES LOVANIENSES.

AB hac etiam parte ſtare Lovanienſem Sacræ Theologiæ Facultatem, diſertiſſimis ſcriptis probant celebriores ejus Profeſſores. Jacobus Latomus, oſtendens omnes Epiſcopos inter ſe, & cum Papa, in poteſtate Ordinis eſſe æquales, non in poteſtate juriſdictionis, adjungit. "Cùm dicit Hieronymus: ubicumque fuerit ,, Epiſcopus ejuſdem meriti, ejuſdem eſt & Sacerdotii; ,, intendit, quemlibet Epiſcopum, in ſua civitate omnia ,, poſſe facere, quæ pertinent ad ordinem Epiſcopalem, ,, eo quod ſuæ civitatis ſupremus Hierarcha. Poteſt enim ,, Sacerdotes & Clericos ordinare, virgines benedicere, ,, Eccleſias conſecrare, confirmare, & ſi quæ ſunt alia ,, propria Ordinis Epiſcopalis. Nec loquitur de poteſta- ,, te regiminis, adminiſtrationis, vel juriſdictionis: quod ,, patet ex probatione, quam adducit dicens. Cæterùm ,, omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt. Apoſtolos enim ,, uni ſubdidit Chriſtus, ut jam dictum eſt: & ſimiliter ,, ſucceſſores Apoſtolorum ſucceſſoribus Petri in regi- ,, mine univerſalis Eccleſiæ ſubdidit." Eccleſiaſtici autem

De Prim. Rom Pont. c.3. p.1.

regi-

minis, ac juriſdictionis facultatem divina ordinatione uni & ſoli Romano Pontifici immediatè competere demonſtrans, addit. "Ex hoc jure potuit Papa duos Epiſcopatus in unum unire: unum in duos dividere: quemlibet Epiſcopum judicare, & exigentibus meritis deponere, ad ſe vocare &c. Ex iſtis apparet, quo ſenſu Romanus Epiſcopus, univerſalis, appellari poſſit, & quæ ſit ejus prærogativa ſuper alios Epiſcopos, & qualiter eſt Caput Collegii Epiſcoporum, ſicut Petrus, Caput Collegii Apoſtolici. Et in reſponſione ad 13. argumentum Lutheri divulſum à Capitulo Concilii Nycœni". *Ibid. poſt Reſp. ad 2. arg.* *In fine part. 3.*

„ Hic Martinus conſultò dimittit ultimam Capituli particulam, ſcilicet. *abſque quo ordinationem irritam eſſe voluerunt.* Sciens eam contra ſe facere in eo, quòd ſuperiùs dixit. Sicut Romanus Pontifex à nemine ordinatur, ita quilibet per ſolam electionem, ſicut ipſe ordinari debet jure divino: intelligens per ordinationem, confirmationem, & jure divino, id eſt præcepto divino: ſic enim accipit. Hic verò Concilium Nicænum decrevit, irritam eſſe ordinationem abſque Metropolitani præſentia vel authoritate. Primò igitur expoſtulet Martinus cum Concilio Nicæno: cur contra jus divinum totius Provinciæ Epiſcopos Metropolitano ſubjecerit. Deinde demonſtret, decreta Nicæna non facta, aut roborata authoritate Romani Pontificis. Ampliùs. cur Concilium voluit ſalvam manere in ſuis Decretis (ut ſæpè dictum eſt) authoritatem Sedis Apoſtolicæ". *Parte 5.*

Nimirum: "Quia Petro pro ſe, & ſuis Succeſſoribus credita eſt univerſalis Eccleſia, Succeſſores autem Petri Romæ ſunt; hinc eſt, quòd Eccleſia Romana, prima eſt: aliæ autem Eccleſiæ ſortitæ ſunt conſequenter honorem & adminiſtrationem, prout Petro, vel ejus Succeſſori, cùm SS. Patribus Collegis viſum eſt, paci & ſaluti gregis expedire. Nec opus eſt, quòd ſi Romana divino jure eſt prima, quod eodem jure aliqua ſit ſecunda vel tertia: ſed ſolùm, quòd nulla alia eodem, vel *Ibid. ad 15*

Ibid. c. 4. ad 2. „ alio jure ſit prima". Et Si Papa toti Eccleſiæ divini-„tus prælatus eſt, ſinguli de Eccleſia illi divino jure ſub„ ſunt. Quemadmodum ſi omnibus regni incolis, jure ſuc-„ ceſſionis, vel electionis præeſt Rex, eodem jure ſinguli „ regni incolæ Regi ſubſunt. Cum igitur ſuprà mon-„ ſtratum ſit, univerſam Eccleſiam Petro & Succeſſori-„ bus creditam ordinatione Chriſti, conſequens eſt, ſin-„ gulos de Eccleſia, eâdem ordinatione, Petro & Succeſ-„ ſoribus eſſe ſubjectos". Et paulò infrà. "A Chriſto eſt „ & Sacerdotium, & Epiſcopatus, & quæcumque per con-„ ſecrationem, vel ritum divinitus traditum conſtituun-„ tur: unde Auguſtinus, concordante universâ Eccleſiâ, aſ-„ ſerit, Epiſcopo auferri non poſſe poteſtatem ordinandi, „ Quod verum non eſſet, niſi ordinato per ordinationem, „vel conſecrationem, aliqua poteſtas divinitus traderetur. „ Quod enim à ſolo humano conſenſu dependet, contra-„ rio diſſenſu auferri poteſt. Secus eſt autem de poteſta-„ te jurisdictionis, quæ non eſt neceſſariò conſequens „ Epiſcopatum, & poteſt eſſe magna, parva, vel nulla. „ Illa enim diſtinctio ſubeſt Pontifici Romano &c. Et „ poteſt Epiſcopus, ſervato Ordine Epiſcopatûs, juriſ-„ dictionem nullam habere. Is ſi civitati non habenti E-„ piſcopum præficiatur, acquirit juriſdictionem, & admi-„ niſtrationem in populum, cui præficitur".

Lib. 1. de liber. Chriſtian. c. 2. par. 3. conſid. 15. Clariùs adhuc idipſum exprimit Joannes Driedonis. " Poteſtas Papalis ex jure Divino eſt ſuprema in Eccleſia „ poteſtas, habens Primatum, & poteſtatem juriſdictio-„ nis à Chriſto ſuper omnes Eccleſias, & Eccleſiæ mem-„ bra; ſicut ex Scripturis, & Conciliis, & SS. Patribus „ demonſtravi lib. 4. de Eccleſ. Script. & dogm. cap. 3. „ part. 2. Ubi patuit; quòd univerſalis Eccleſiæ Paſto-„ ralis cura primitùs tota, in ſuo fonte, ſoli Petro data fuit; „ ſecundùm quam omnibus Chriſti Ovibus Præfectus „ erat, ut ipſe eſſet omnium Paſtorum Paſtor. Atque ita „ ab hac Papali poteſtate derivatur immediatè poteſtas „ Patriarcharum: poſt hanc poteſtas Primatûm: deinde po-

„ poteſtas Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum. Cùm e-
„ nim in Papa ſit plenitudo poteſtatis, ab illa deſcendit,
„ ſeu derivatur regendi authoritas in medios, uſque ad
„ Rectores ultimos. „Igitur omnis Eccleſia ex jure divino
„ ſubjecta eſt Papæ, à quo & omnis Eccleſiaſtica pote-
„ ſtas in alios derivatur. Unde ſequitur, inſtitutionem ho-
„ minis in Eccleſiaſticam poteſtatem, ad Papam pertine-
„ re. Et quidquid juriſdictionis Epiſcopatus facit, hoc facit
„ tamquam ex commiſſione Papæ, à quo tota poteſtas
„ juriſdictionis in Epiſcopo pendet & derivatur. Nam
„ poteſtas juridictionis Eccleſiaſticæ ordinariæ, qualis eſt
„ in Epiſcopis, per electionem Canonicorum Eccleſiæ
„ Cathedralis, non ſolummodo à Papa derivatur, ſed &
„ pendet ab ipſo ſicut effectus particularis à cauſa volun-
„ taria auferibilis. Et ideo poteſtas hæc eſt revocabilis
„ ex plenitudine Papalis poteſtatis, prout ratio exigit
„ æquitatis". Legi, ſi lubet, idem author deſuper poſſit lib.
4. per ipſummet ſuprà memorato: ubi ex S. Hieronymo
tradit: "quòd Chriſtus Dominus præfecerit Petrum uni-
„ verſalis Eccleſiæ Paſtorem Joan. 21; volens, ut cæteri
„ Apoſtoli poteſtate docendi Evangelium, Baptizandi,
„ remittendi peccata &c. quam acceperant à Chriſto pa-
„ rem cum Petro, uterentur, tamquam membra manen-
„ tia in unione corporis Chriſti, & totius fraternitatis
„ Eccleſiæ tamquam filii & oves ſub Cathedra Petri &c.
„ Quod etiam Petrus, & poſt illum primi Succeſſores
„ exercuerint Primatûs poteſtatem ſuper cæteros Epiſco-
„ pos, patet primùm ex ſcripturarum geſtis, deinde ex
„ hiſtoriis Sanctorum ab initio primitivæ Eccleſiæ ad
„ hæc uſque tempora" &c.

Ibid. art. 2 conſid. 7.

De Eccleſ. ſcrip. & dogm. c. 3. p. 2.

ibid. pag. 270.

Concordat & Reverendiſſ. Gandavenſium Epiſcopus Cornelius Janſenius. Ubi elucidans capitis 16. apud Matth. v. 19. *Et tibi dabo claves regni cœlorum*, ait: " In
„ epiſtola Alexandrinæ Synodi ſcripta à D. Athanaſio,
„ cæteriſque Epiſcopis Ægyptiorum, dicitur inter cæte-
„ ra. Poteſtatem hic promiſſam Petro, & Succeſſoribus

In concord. Evangel. cap. 66.

„ejus, ſingulari eſſe privilegio conceſſam. Itaque per „claves regni cælorum Petro promiſſas, rectiùs intel„lexerimus metaphoricè ſignificatam plenariam ac ſu„premam poteſtatem gubernandi Eccleſiam Chriſti &c. „Unde ex parte quidem Epiſcopi, ſicut & Apoſtoli, „ſuo modo accepiſſe claves regni cælorum, dici poſſunt: „ſed plena, perfecta, & ſuprema illarum poteſtas penes „Petrum, & Succeſſores ejus eſt": à quibus alii ſuam „accipiunt, quam habent poteſtatem. Unde ſingulari„ter Petro claves ſunt promiſſæ, per quas plena & ſu„prema hæc poteſtas eſt deſignata." Et infrà. Relatis Origenis, Cypriani, ac Hieronymi ſententiis, ait. "Sa„tis patet quid authores hi ſenſerint. Nimirum omni„bus Apoſtolis eamdem Apoſtolatûs dignitatem, & au„thoritatem traditam, cum diceretur illis, *ſicut miſit me* „*Pater, & ego mitto vos*; ſed tamen inter Apoſtolos autho„ritate pares, Petrum, Caput conſtitutum, quando ei „dictum eſt. *Paſce oves meas*. Quâ Domini conſtitutio„ne Apoſtolorum authoritas ita eſt Petro ſubjecta, ac ſi „eam ab ipſo, non à Domino immediatè accepiſſent, „ſicut & eâdem ſuâ authoritate, ſecundùm Petri præcep„tum, ſi opus fuiſſet, uti debuiſſent". Huc reſpiciens Reverendiſſimus quoque Henricus Cuychius, Paræneſim, quàm in Epiſtola dedicatoria cum S. Hieronymo ad Urbem Orbis, Romam dirigit, hâc verborum brevitate abſolvit. "Ibi ſunt claves regni cælorum, quarum „inde uſus in univerſam Eccleſiam derivatur". Id quod in prima ſua panegyrica fuſiùs deducit. "Apoſtolica hæc „Romana Eccleſia eſt, & Sedes in ea, Apoſtolica; in „qua fundandi, condendique in gentibus Eccleſias reli„cta eſt poteſtas. Apoſtoli fundabant Eccleſias: ſed in „ſedibus illorum extincta hæc poteſtas, in ſola Romana „remanſit. Una igitur Cathedra eſſe debuit, quæ alia„rum omnium directrix eſſet: quæ credendi, vivendique „leges Eccleſiis omnibus præſcribat: in qua ſit ſupre„mum Eccleſiæ tribunal; ut ſola ipſa de Epiſcopis diju-

De vera Chriſti Eccleſ. pag. 11.

Ibid. pag. 12.

pag. 25.

dicet

„ dicet : ut ſui ordinis gradu illos dejiciat, ac dejectos „ iterum reſtituat. "Rectè proinde Innocentius Pontifex Decentio ſcribens, manifeſtum fuiſſe ait, in omni Italia, Gallia, Hiſpania, Africa, Sicilia, ac inſulis interiacentibus poſitas Eccleſias, à nullo alio, quàm à Beato Petro, & diſcipulis ac ſucceſſoribus illius inſtitutas fuiſſe". *Pag 26.*

Accedit Jacobus Bayus aſſerens. "Unum Summum *Lib. 2. inſtit. Relig. Chriſt. c. 117.* " Pontificem, Patriarchis aliis omnibus præeſſe oportet, cujus authoritate unitas fidei, Sacramentorum, legumque Chriſtianarum retineri poſſit : penes quem " plenitudo poteſtatis ſit ad novos Epiſcopatus erigendos, vel ex Epiſcopis facere Archi-Epiſcopos, Primates, Patriarchas, atque ex juſta cauſa eoſdem gradu deponere, vel ad ſe evocare : qui non ſolus regat, ſed per multos ſibi ſubditos Paſtores, Epiſcopos " Archi-Epiſcopos, Primates, Patriarchas, quibus tamquam Princeps præeſt, per quos ad unam Petri Sedem " totius Eccleſiæ regimen confluit. Sicut Rex unus " multas provincias per Vicarios, Proreges, & Præſides " gubernat. Neque prærogativæ Petri derogat, quòd *Prærogativa 31.* " Chriſtus etiam aliis Apoſtolis dixerit. *Ite docete omnes gentes. Accipite Spiritum Sanctum Quorum remiſeritis &c.* " Nam extraordinariam poteſtatem eis Dominus tribuit, " quos Legatos ſui vice miſit, quæ ad illorum Succeſſores " non tranſiret. At Petro ordinariam paſcendi, ligandi, " Eccleſiam regendi, fratres in fide confirmandi poteſtatem dedit; quam uſque ad conſummationem ſeculi perdurare voluit in ædificationem corporis ſui, quod eſt „ Eccleſia. Unde colligit S. Leo : *quòd omnes propriè regat Petrus, quos principaliter regit Chriſtus.* Ex inſtitutione „ igitur Petri veteres illæ Patriarchales Sedes dignitatem, authoritatemque ſuam acceperunt &c. Cui dum „ ex Chriſti inſtituto, ac jure Divino, aliquis in Epiſcopatu, legitimâ electione ſuccedit, à Chriſto Pontificatum immediatè accipit, ſummamque poteſtatem ordi-

„dinariam gubernandi totam Eccleſiam &c. à quo pro-„manat omnis, quæ in Eccleſia eſt authoritas".

In 2.2.D. Thomæ tract. de Sum Pont. diſp. 4. dub. 1.

Reverendiſſimus Antverpienſium Antiſtes Joannes Malderus, rem hanc ex propoſito pertractans, reſolvit; "quòd ſine Papæ poteſtate nulla immediatè à Deo, aut „mediante alio homine, aut hominum conſenſu, in E-„piſcopos juriſdictio derivetur. Quia oportet caput in-„fluere in membra. Cùm itaque poteſtatem Ordinis E-„piſcopi à Deo immediatè accipiant, ſicut & ipſe Papa, „ſupereſt ut eis conferat poteſtatem Ordinariæ juriſdi-„ctionis. Idque præ ſe ferunt, ſimilitudines Capitis, „radicis, fontis, ſolis; à quibus pro Eccleſiaſticæ po-„teſtatis derivatione, exemplum ſumit Cyprianus de ſim-„plicit. Prælat. ubi etiam propterea unum Epiſcopatum „eſſe dicit. Facit etiam, quod lib. 1. epiſt. 3. dicit. *Na-„vigare audent ad Petri Cathedram, unde unitas Sacerdotalis ex-„orta eſt*. Eodem pertinet, quòd Juſtinianus Romam „vocet fontem Sacerdotii. Et niſi à Papa Epiſcopi habe-„rent juriſdictionem non ea magis à Papa poſſet eis au-„ferri, quàm poteſtas ordinis, quæ nulla degradatione „auferri poteſt. Adducenſque in confirmationem cap. *omnes*: diſt. 22. SS. Leonem, Innocentium I. Vigilium, finit in hæc verba. "Denique hoc ratio Monarchiæ Ec-„cleſiaſticæ requirit. Oportet enim dependeat poteſtas „reliquorum à poteſtatis plenitudine reſidente in Hie-„rarcha". Objectionibus dehinc diluendis inſiſtens, ad 3. reſpondet. "Ita eſt juris divini, Epiſcopum habere a-„liquam juriſdictionem, ut ſimul ſit juris divini, quod „eam accipiat à Papa. Nec refert poteſtatem Epiſcopa-„lis Ordinis, quæ eſt poteſtas Ordinandi Eccleſiæ Mi-„niſtros, non poſſe exerceri ſine juriſdictione. Neque „enim pro incommodo id habendum, tribui à Deo im-„mediatè poteſtatem, cujus exercendæ facultas non con-„cedatur, niſi intercedente ſuperiore homine. Nam & „ſimplex Sacerdos accipit in ordinatione ſua, aliquam „immediatè à Deo poteſtatem abſolvendi, quam tamen exer-

Authent. ut Eccleſ. Rom.

Ser. 3. de ſua Aſſumpt. Ep. 89. Ser. 2. de Natali Apoſtolor. Epiſt. ad Con. Carthagin. Epiſt. ad Eleuther.

„ exercere non poteſt, ſine accepta juriſdictione ab E-
„ piſcopo".

Adſtipulatur Henricus Rampen, oſtendens per illud Chriſti Domini apud Matth. 16. *Et tibi dabo claves regni cælorum*, "promiſſam eſſe Petro ſupremam, eamque ordi- „ nariam poteſtatem Eccleſiaſticam, quæ dici ſolet po- „ teſtas juriſdictionis: ſic, ut ab illa poteſtate Pontificia „ Petri, cæteri, & ſignanter Paulus, in ſui muneris, ad „ quod ipſe à Petro adhibitus fuit, functione depende- „ ret". Id quod S. Auguſtinum elucidans ampliùs decla- rat. " Manifeſtè intelligitur eo ſenſu dictum, illud, *Tibi* „ *dabo claves &c.* ut Petro univerſam repræſentanti Eccle- „ ſiam promiſſæ ſint claves: quia ei in ſua ſingulari per- „ ſona promiſſæ claves propter utilitatem Eccleſiæ uni- „ verſæ, & ab illo, ſaltem ſecundùm ordinariam legem „ derivandæ in univerſam Eccleſiam &c. Ex dictis hoc „ loco, & in cap. 16. Matth. poteſt intelligi, quòd po- „ teſtas conceſſa Petro verbis illis: *Paſce agnos meos, paſce* „ *oves meas*, ſit poteſtas juriſdictionis. Deinde quòd po- „ teſtas juriſdictionis in Oves Chriſti derivata ad alios „ Apoſtolos, aut ad alios in Eccleſia Chriſti novi Teſta- „ menti, non aliundè immediatè provenerit ad eos, quàm „ à Petro: eique ſoli inveniatur promiſſa & collata tam- „ quam figuram totius Eccleſiæ gerenti, modo antea ex- „ plicato: & in hoc includi intelligatur, quòd ſaltem ſe- „ cundùm legem ordinariam, illa poteſtas derivanda ſit „ à Petro in quoſvis alios, qui cenſeri debeant legitimi „ Paſtores in Eccleſia Chriſti. Prædictam doctrinam dat „ apertè intelligi Leo, conformis in ea Auguſtino. Nec „ in Apoſtolo Paulo exceptionem eſſe, docuimus in Actis „ Apoſtolorum: ſic quòd Paulus poteſtatem juriſdictio- „ nis acceperit à Vicario Domini Petro &c. Ex dictis „ facilè intelligitur rectus ſenſus iſtorum verborum, qui- „ bus dictum eſt diſcipulis Matth. 18. *Quæcumque alligave-* „ *ritis &c.* Ut videlicet intelligatur conformiter hoc di- „ ctum ad peculiarem promiſſionem Petro factam, & ad

Tom. 2 in Evangel. lib. 5. c. 6.

Tom. 3. lib. 7. c. 8.

„ promiſſionis illius adimpletionem : ſenſuſque ſit, quæ-
„ cumque alligaveritis, poteſtate nimirum cuilibet ve-
„ ſtrûm convenienti. Quæ verò poteſtas cuique conve-
„ niat, venit intelligendum, ex promiſſione Chriſti Pe-
„ tro facta, & ex conceſſione, ſive collatione per Petrum
„ aliis data".

Conſentaneus omninò eſt Joannes Wiggers. "E-
In 2. 2. tract. de Pontif. dub. 1. n. 26. „ tiamſi haberent Apoſtoli ampliſſimam poteſtatem ad
„ omnes mundi partes, tamen etiam ſuberant curæ & po-
„ teſtati ipſius Petri : ſic, ut ab illo penderent in illius po-
„ teſtatis uſu, & exercitio, & non ècontra ille ab iſtis.
Num. 37. & 38. „ Nam honorem, & poteſtatem univerſalem, quam cæ-
„ teri habebant, ut Apoſtoli & Legati tantùm, habuit
„ Petrus, tamquam Ordinarius Univerſalis Eccleſiæ Pa-
„ ſtor : & eo nomine, ipſi Apoſtoli reliqui erant Petri
„ curæ ſubditi. Quia Chriſtus unum Petrum conſtituit
„ Paſtorem Univerſalem Ordinarium, à quo omnes Pa-
„ ſtores eſſent dependentes : & unam ei tribuit univerſa-
„ lem Cathedram, cui omnes ſubjacerent". Moxque ad
objectas S. Auguſtini authoritates reſpondet. "Non aliud
N. 42. 43. 44. & 47. „ docere Auguſtinum, quàm Petrum claves accepiſſe, tam-
„ quam Univerſalem Paſtorem, & verum Caput Eccleſiæ;
„ ſic tamen, ut eas acceperit non ſuæ perſonæ ſoli, ve-
„ rùm etiam pro omnibus Succeſſoribus : & ſimul pro
„ reliquis Eccleſiæ Prælatis, & Epiſcopis, quibus ipſe, &
„ ejus Succeſſores habent eas communicare, ſecundùm
„ gradum & ordinem uniuſcujuſque". Hanc autem
fuiſſe D. Auguſtini mentem, manifeſtè colligitur ex eo,
quòd penè ubicumque dicit, Petrum geſtaſſe perſonam
Eccleſiæ, explicet, ſe hoc dicere, ratione Primatûs Petri :
ut tract. ult. in Joan. in Pſal. 108. & ſerm. 23. de verb.
Dom. Deinde idem expreſſiùs ſignificat tract. ult. in
Joan. Ubi vult, Petrum accepiſſe claves regni Cœlorum
omnium nomine, ſive pro omnibus. Non quòd ipſe in
ſua perſona eas principaliter, & in ſupremo gradu non
habuerit, ſed quia eas non ſibi ſoli accepit, verùm, ut
com-

communicaret quoque illas reliquis Eccleſiæ Prælatis &c. tamquam ſubordinatis Petro totius univerſalis Eccleſiæ Paſtori.

Item & Libertus Fromondus, ità ſcribens. " Cæteri „ Apoſtoli ſubjecti erant Petro, cui ordinaria juriſdictio, „ cum futura ſucceſſione Romani Pontificis data erat. „ Paulus quidem non fuit inferior laboribus, doctrinâ, „ miraculis, revelationibus: juriſdictione tamen infe- „ rior erat Petro". Et ad illud, *In quo Spiritus S. poſuit vos, Epiſcopos*, inquit: " Inſtituendo ordinem Epiſcopalem, & „ ordinando, ut haberetis poteſtatem juriſdictionis ne- „ ceſſariam ad regendas oves veſtras. Non poteſt ergo „ ex hoc loco ſolidè probari, quòd Epiſcopi habeant „ proximè à Chriſto, non à ſummo Pontifice poteſtatem „ juriſdictionis in ſuum gregem, cujus contrarium videtur „ ſignificare D. Thomas 2. 2. q. 39. art. 3." Pariformiter geminum illud ac ſplendidum Lovanienſis Academiæ jubar, fulgens in perpetuas æternitates, Viri profectò ùt ſolidæ virtutis, ità & raræ eruditionis conſortio eximii, Gerardus van Werm, & Jacobus Pontanus comperta majorum veſtigia premunt, ille in Theſibus, quibus præfuit die 24. Jan. 1657. ſic habet: " Apoſtolorum Succeſſo- „ res Epiſcopi authoritatem ſuam non immediatè à Chri- „ ſto acceperunt, ſed à ſummo Pontifice". Hic verò in Theſibus, quibus præſedit die 18. Junii 1658. ità: "Nos „ juriſdictionem Epiſcopis immediatè à Papa deſcenden- „ tem attribuimus".

In epiſt. 2. ad Corint. c. 11 v. 28. Cap. 12. v. 11. Actor. 20. v. 18.

Recenſita huc uſque Lovanienſium in S. Theologia Magiſtrorum documenta ſatis apertè teſtantur, non poſſe in ſuis eſſe, qui uno loco aſſerens, ex cap. 1. epiſt. ad Romanos verſ. 5. aliiſque ejuſmodi Scripturæ locis colligi, juriſdictionem Epiſcoporum eſſe juris divini, & immediatè à Chriſto: non dubitat alio loco libenter fateri, in Epiſcoporum juriſdictionem nihil poteſtatis Romanum Pontificem exercere poſſe: contenditque paritatem inter utroſque eſſe quoad juriſdictionis potentiam. Cumque

,, promiſſionis illius adimpletionem : ſenſuſque ſit, quæ-
,, cumque alligaveritis, poteſtate nimirum cuilibet ve-
,, ſtrûm convenienti. Quæ verò poteſtas cuique conve-
,, niat, venit intelligendum, ex promiſſione Chriſti Pe-
,, tro facta, & ex conceſſione, ſive collatione per Petrum
,, aliis data".

In 2. 2. tract. de Pontif. dub 1. n. 26. Conſentaneus omninò eſt Joannes Wiggers. "E-
,, tiamſi haberent Apoſtoli ampliſſimam poteſtatem ad
,, omnes mundi partes, tamen etiam ſuberant curæ & po-
,, teſtati ipſius Petri : ſic, ut ab illo penderent in illius po-
,, teſtatis uſu, & exercitio, & nonècontra ille ab iſtis.
Num. 37. & 38. ,, Nam honorem, & poteſtatem univerſalem, quam cæ-
,, teri habebant, ut Apoſtoli & Legati tantùm, habuit
,, Petrus, tamquam Ordinarius Univerſalis Eccleſiæ Pa-
,, ſtor : & eo nomine, ipſi Apoſtoli reliqui erant Petri
,, curæ ſubditi. Quia Chriſtus unum Petrum conſtituit
,, Paſtorem Univerſalem Ordinarium, à quo omnes Pa-
,, ſtores eſſent dependentes : & unam ei tribuit univerſa-
,, lem Cathedram, cui omnes ſubjacerent". Moxque ad
objectas S. Auguſtini authoritates reſpondet. "Non aliud
N. 42. 43. 44. & 47. ,, docere Auguſtinum, quàm Petrum claves accepiſſe, tam-
,, quam Univerſalem Paſtorem, & verum Caput Eccleſiæ;
,, ſic tamen, ut eas acceperit non ſuæ perſonæ ſoli, ve-
,, rùm etiam pro omnibus Succeſſoribus : & ſimul pro
,, reliquis Eccleſiæ Prælatis, & Epiſcopis, quibus ipſe, &
,, ejus Succeſſores habent eas communicare, ſecundùm
,, gradum & ordinem uniuſcujuſque". Hanc autem
fuiſſe D. Auguſtini mentem, manifeſtè colligitur ex eo,
quòd penè ubicumque dicit, Petrum geſtaſſe perſonam
Eccleſiæ, explicet, ſe hoc dicere, ratione Primatûs Petri :
ut tract. ult. in Joan. in Pſal. 108. & ſerm. 23. de verb.
Dom. Deinde idem expreſſiùs ſignificat tract. ult. in
Joan. Ubi vult, Petrum accepiſſe claves regni Cœlorum
omnium nomine, ſive pro omnibus. Non quòd ipſe in
ſua perſona eas principaliter, & in ſupremo gradu non
habuerit, ſed quia eas non ſibi ſoli accepit, verùm, ut
com-

communicaret quoque illas reliquis Eccleſiæ Prælatis &c. tamquam ſubordinatis Petro totius univerſalis Eccleſiæ Paſtori.

Item & Libertus Fromondus, ità ſcribens. " Cæteri " Apoſtoli ſubjecti erant Petro, cui ordinaria juriſdictio, " cum futura ſucceſſione Romani Pontificis data erat. " Paulus quidem non fuit inferior laboribus, doctrinâ, " miraculis, revelationibus: juriſdictione tamen infe- " rior erat Petro". Et ad illud, *In quo Spiritus S. poſuit vos, Epiſcopos*, inquit: " Inſtituendo ordinem Epiſcopalem, & " ordinando, ut haberetis poteſtatem juriſdictionis ne- " ceſſariam ad regendas oves veſtras. Non poteſt ergo " ex hoc loco ſolidè probari, quòd Epiſcopi habeant " proximè à Chriſto, non à ſummo Pontifice poteſtatem " juriſdictionis in ſuum gregem, cujus contrarium videtur " ſignificare D. Thomas 2. 2. q. 39. art. 3." Pariformiter geminum illud ac ſplendidum Lovanienſis Academiæ jubar, fulgens in perpetuas æternitates, Viri profectò ùt ſolidæ virtutis, ità & raræ eruditionis conſortio eximii, Gerardus van Werm, & Jacobus Pontanus comperta majorum veſtigia premunt, ille in Theſibus, quibus præfuit die 24. Jan. 1657. ſic habet: " Apoſtolorum Succeſſo- " res Epiſcopi authoritatem ſuam non immediatè à Chri- " ſto acceperunt, ſed à ſummo Pontifice". Hic verò in Theſibus, quibus præſedit die 18. Junii 1658. ità: "Nos " juriſdictionem Epiſcopis immediatè à Papa deſcenden- " tem attribuimus".

In epiſt. 2. ad Corint. c. 11 v. 28. Cap. 12. v. 11. Actor. 20. v. 18.

Recenſita huc uſque Lovanienſium in S. Theologia Magiſtrorum documenta ſatis apertè teſtantur, non poſſe in ſuis eſſe, qui uno loco aſſerens, ex cap. 1. epiſt. ad Romanos verſ. 5. aliiſque ejuſmodi Scripturæ locis colligi, juriſdictionem Epiſcoporum eſſe juris divini, & immediatè à Chriſto: non dubitat alio loco libenter fateri, in Epiſcoporum juriſdictionem nihil poteſtatis Romanum Pontificem exercere poſſe: contenditque paritatem inter utroſque eſſe quoad juriſdictionis potentiam. Cumque

ſentiat ſe, ne vel uno alicujus ſoliditatis fundamento niti, expenſa hactenus SS. PP., venerandæ antiquitatis, rationumque momenta, ac argumenta maledictis inceſſit, nec pluris pendit, quàm "debilia, fragilia, trita ſeu falſa principia". Demùm ad Hiſtoriam Concilii Tridentini à Card. Palavicino conſcriptam provocat; tamquam quæ "Hiſ„panienſes Epiſcopos, Apoſtolicæ Sedi addictiſſimos, „inde impenſiùs collaudet, quòd ejuſdem exiſtentes cum „Franciſco Victoria, Dominicano, Theologo præſtan„tiſſimo, ſententiæ, in Concilio Tridentino validè pro„pugnaverint, juriſdictionem habere ſeſe immediatè à „Chriſto, eoſque ſæpiùs mirè extollat ab Eccleſiarum „amplitudine, proventuum copia, & quà familiæ, quà „doctrinæ eminentia, & populorum veneratione". Deinde & Gallos commendet, "quòd etiam in Tridentino „ſuſtinuerint, juriſdictionem Epiſcoporum immediatè „à Chriſto manare". Hæc & plura alia ille quaſi pro vindiciis, ac opinionis ſuæ tutela adducit, ut palàm faciat, malle ſe iis accedere, obfirmatoque animo adhærere, qui & in Tridentino per ſummas, ac atroces contentiones, (de quibus Palavicinus *Lib. 19. c. 5. n. 5. & ſeq.*) & hâc inſuper tempeſtate Monarchicam Romani Pontificis ſuper univerſam Chriſti Eccleſiam, non deſinunt impetere poteſtatem.

CONCILII TRIDENTINI PATRES.

Ibid. c. 4. UNde & tunc, teſte Palavicino, "non ceſſabant Hiſ„panienſes Miniſtri omnem induſtriam adhibere, „quâ ſuos Præſules retraherent ab eo impetu contro„verſiarum, haud tempori congruentium, & quæ aut „efficere, aut ſignificare poſſent, parum conjun„ctionis inter Caput & membra Eccleſiæ Catholi„cæ." *Num. 11.* Similiter & Alifanus Epiſcopus à Card Oſio cor„rectus eſt: hujuſmodi diſſertationes, nec conferre argu-

mento,

„ mento, nec ad ædificationem, ſed ad deſtructionem „ valere: Nec Epiſcopos decere, de ſupremo ipſorum „ Principe quæſtionem agitare.

Partium autem ſtudia deſcribens Palavicinus, Hiſpanienſium Epiſcoporum præſtantiam, amplitudinem, opulentiam, familiæque ac doctrinæ eminentiam eò refert, quòd eas ob cauſas ipſi "Cardinalium præcellentem gra- „ dum ægrè ferebant, quippe ſibi, paucis exceptis, inſu- „ perabilem: nec minùs Pontificiis Magiſtratibus, Ro- „ maniſque tribunalibus ſe valdè ſubjici. Hinc ſibi per- „ ſuadebant: ſi Cardinalium celſitas minueretur, ſimul- „ que extollerentur antiqua Epiſcoporum jura, &c. pau- „ lò minùs quàm ſupremi Principes ſuis in Diœceſibus „ evaderent. Galli Præſules ferè animum convertebant ad „ moderandam Pontificis Monarchiam, ex ſententia re- „ centis Conventûs Baſileenſis ab ipſis comprobati „. Et paulò ſuperiùs. "Galli vocem quamlibet recuſabant, quæ "Summi Pontificis prærogativam ſupra Concilium ſona- "ret, quæque aut Florentinum comprobaret, aut office- "ret Baſileenſi. Hiſpani, tum de legitima Florentini fir- "mitate, tum de prærogativa Pontificis ſupra Concilia "conſentiebant: ſed contendebant, ut apertè definiretur "Epiſcoporum inſtitutionem, eorumque juriſdictionem "eſſe juris divini, tametſi à Romano Pontifice dependen- "tem. *Lib.* 21. *c.* 4. *n.* 7. *Num.* 5.

Quamvis verò Hiſpanorum Epiſcopi, Gallorum ſocietate animoſiores initio pro immediata ſuæ juriſdictionis à Chriſto ac abſoluta dimanatione decertarint, veluti Franciſci à victoria ſententiam (de qua inferiùs) ſecuti: attamen ſatis patuit poſtea, non omnes eos, nec omnes Hiſpanorum Theologos ejuſdem mentis fuiſſe: ſed plures doctrinæ Natalis Hervæi, Durandi, Paludani, Card. à Turrecremata, ex Ordine Prædicatorum, aliorumque Hiſpanienſium Magiſtrorum doctrinæ conſtanter inſtitiſſe. A Card. Palavacino inducitur Andreas Cueſta Epiſcopus Legionenſis, poteſtatem Ordinis, & juriſdi-

Lib. 18. *c.* 14. *n.* 7. & 8. ctionis facultatem in Epiſcopis declarare "eo pacto, quo „in Sacerdotibus vi Ordinis ineſt abſolvendi facultas; " atque totum id à Deo eſſe: ſed quemadmodum Sacer-" dos plenam, perfectamque juriſdictionem non obti-„ net, niſi ab humano ſuperiore, ita contingere Epiſ-„ copo". Et adduxit Cardinalem à Turrecremata lib. 2. de Eccleſ. à cap. 13. uſque ad 67. "Igitur cùm dicuntur „ Epiſcopi eſſe ex jure divino, oportet id intelligi de ip-„ ſorum Primaria ac nobiliſſima poteſtate": & S. Thomæ doctrina id confirmavit 22. q. 39. art. 3.

Capite ſequenti prolixè recitatur excellentiſſimus ſermo dictus à P. Didaco Laines Hiſpano, Præpoſito Generali Societatis Jeſu: quo non demonſtravit ſolummodò, adductis quàm plurium SS. Patrum, ac ſcholaſticorum, Thomæ, Bonaventuræ, Durandi &c. teſtimoniis, rationumque Theologicarum invictis argumentis, Epiſcopalem Ordinis poteſtatem à Deo proximè provenire in ſingulos: juriſdictionis verò, manare per interpoſitam à Deo perſonam, proximè à Romano Pontifice, verùm etiam eliſis validè oppoſitionibus, ad calcem

Cap. 15. *n.* 17. "concluſit hanc loquendi, ſentiendique rationem, nem-„ pè quòd Summus Pontifex ſolam materiam præbeat; „ eſſe novam, nec Doctorum Probationibus uſurpatam, „ ac proinde, utì periculoſam, eſſe vitandam". Quare &

Num. 16. eam jam antè expreſsè & validè refutaverat. Deinde inducitur Gaſpar de Caſale Epiſcopus Lirienſis in hanc

Lib. 19. *c.* 4. *n.* 5. ſententiam ediſſerens. "Epiſcopos Apoſtolorum eſſe „ Succeſſores, non omnino & in omnibus, ſed in ordi-" naria juriſdictione. Eos igitur ſe habere ad Romanum " Pontificem, itidem ac Apoſtoli ad Petrum, antequam „ mitterentur: obſtringi divinâ lege Pontificem ad con-„ ſtituendos in Eccleſia Epiſcopos; nec ipſi licere Epiſ-" coporum Ordinem deſtruere: non tamen æquales eſſe " Pontifici Epiſcopos, neque ſeparatim, neque conjun-„ ctim. Ejus ſiquidem poteſtas aliorum poteſtatem mo-„ deratur: concurrit cùm omnibus Epiſcopis in eorum

Dioe-

„ Diœceſibus,& in eas majus, quàm ipſi,jus obtinet. Rem
„ quampiam, duobus modis juris divini eſſe poſſe: aut
„ proximè aut alterius interpoſitu. Primos Epiſcopos,
„ hoc eſt Apoſtolos, fuiſſe proximè ab ipſo Chriſto, reli-
„ quos omnes poſtea Epiſcopos accepiſſe poteſtatem tùm
„ ordinis, tùm juriſdictionis, præcipuè quidem à Chri-
„ ſto, ſed per Romanum Pontificem, illius Miniſtrum.
„ Etenim niſi Epiſcopus à Pontifice conſecraretur,ab eo-
„ que gregem haberet,eum Chriſtus, ut Epiſcopum non
„ agnoſceret".

Diſcurrerunt poſt hæc Card. Lotharingus, aliique Galliarum Epiſcopi. Quibus expletis denuò prodiit, *Lib. eod. cap.* 6.
„ & poſtremus omnium, de more, opinionem ſuam ex-
„ plicavit Lainius; qui tametſi diebus præteritis abundè *N.* 6.
„ ea de re fuiſſet locutus, tamen novæ formæ cauſâ, pro
„ reliquorum conſuetudine quædam repetiit. Futu-
„ rum fuiſſe munus Concilii, hæreticos damnare, mo-
„ reſque corrigere, eorum quæſtionibus Scholæ re-
„ lictis. Verumtamen quando ſic ab aliis fiebat, à ſe
„ quoque ſententiam ſuam de propoſita controverſia pro-
„ latum iri. Cœpit à definitione, à qua ducit initium
„ ſcientia in rerum natura inveſtiganda:affirmavitque po-
„ teſtatem Eccleſiaſticæ juriſdictionis eſſe certam quam-
„ dam præfecturam unius Clerici ſuper alios, qua eos
„ dirigat ad æternam vitam ex divinis mandatis: & idcir-
„ co tam in Superiori, quàm in ſubditis requiri condi-
„ tionem Chriſtiani, & ſaltem in Superiori conditio-
„ nem Clerici. Hoc poſito, arbitrari ſe, hanc præfectu-
„ ram oriri à ſummo Pontifice. Id primo loco con-
„ firmavit compluribus teſtimoniis & inter cætera pro-
„ duxit in hanc ſententiam decretum unum Innocen-
„ tii III. alterum Lucii III. & tertium Clementis III.
„ quod à ſe in Sicilia repertum,hìc in conventu recitavit.
„ Idem fuiſſe firmatum à multis Patribus Concilii Baſi-
„ leenſis in Epiſtola ad Eugenium. Tum ad rationes pro-
„ greſſus, obſervavit, interdum tradi alicui materiam,

ju-

„ juriſdictione non traditâ, cum idem per ſe ampliſſimam „ obtinet poteſtatem.Ità traditam fuiſſe Paulo, cùm „ miſſus eſt ad gentes, & Petro, cùm ad circumciſos miſ- „ ſus eſt. Atque ita dici poſſe à Pontifice fieri cum Diœ- „ ceſim aliquam adjicit Patriarchis. Sed plerumque, cùm „ Pontifex gregem tradit, ſimul tradi ſupra gregem Præ- „ fecturam. Si nihil aliud ille præſtaret, niſi deſtina- „ tionem materiæ; conficeretur hinc, poteſtatem ha- „ beri ab Epiſcopis, aut à ſeipſis ex vi Ordinis, aut „ ab alio Capite, quàm à Pontifice. Poſterius nulli „ Catholicorum in mentem venire: prius falſum de- „ prehendi. Siquidem Epiſcopi etiam ante conſecratio- „ nem poſſident juriſdictionem, ſicut habetur in poſtrema „ Extravagante Clementis V. Id corroboravit undecimo „ Canone Concilii Chalcedonenſis; quo imperatur, ut „ ante conſecrationem probetur, nùm quiſpiam titulum „ obtineat, hoc eſt curam animarum, quæ cura juriſdi- „ ctionem importat. Si verum eſſet, quod adverſarii con- „ tendebant, juriſdictionem impartiri à Deo unà cum „ charactere, deduxit tamquam corollarium, in cunctis „ æqualem futuram, ſine ullo diſcrimine inter meros E- „ piſcopos, Metropolitas, & Patriarchas; cùm omnes æ- „ què ſint conſecrati: nec eam à Pontifice auferri, aut „ coarctari poſſe. Tradi à ſummo Pontifice hanc juriſ- „ dictionem, tamquam à Dei Miniſtro: quoniam Angeli „ quoque miniſtri Dei ſunt: non tamen idcirco eum „ eſſe ſimplicem miniſtrum, ſed talem, qualis fuit Joannes „ in ſuo baptiſmo, qui Joannis Baptiſmus dicebatur, quòd „ ipſe illum inſtituerat, quamvis ex authoritate Divina. „ At verò Baptiſmum, quo Petrus baptizabat, non appel- „ lari Baptiſmum Petri, ſed Chriſti; propterea, quòd cùm „ in ejuſmodi Baptiſmo remitterentur peccata, Petrus „ illius cauſa eſſe non poterat; niſi per merum miniſte- „ rium. Eapropter tradi à Pontifice juriſdictionem, in- „ jungente ac imperante ex authoritate, & tamquam ab „ Eccleſiæ Principe. Et quidem juriſdictionem, tum

quæ

" quæ extra ordinem eſt, tum Ordinariam recipi ex vi
" hujus imperii, non autem ex vi conſecrationis : aliter
" nemo hanc acciperet, quippe qui neminem conſecrat.
" Hanc eſſe maximè receptam doctrinam, pro qua &
" Theologos produxit, & repetiit, firmavitque varias ra-
" tiones à ſe allatas in ſua præterita oratione &c. Hinc
" factum, quod ad ſingulas voces multi ſuſpicioſiùs hæ-
" rêrent, neque conſentirent, ut definiretur, Epiſcopos
" nullo interpoſito, eſſe à Chriſto : niſi apponeretur, ad
" vitandam ſiniſtram omnem interpretationem, hæc li-
mitatio, *quantùm ſpectat ad Ordinis poteſtatem*".

Affirmat denique Palavicinus, altercationum impetus ità tandem compoſitos, ut agentibus Cardinale Lotharingo, Galli primùm, & Comite Lunenſi Hiſpanorum Regis Oratore, Hiſpani demùm, in communem reliquorum Patrum concordiam ac ſententiam conceſſerint. Quis igitur non videat, & numero, & ſuffragio eos iſtius Concilii prævaluiſſe Patres, qui probatam habebant doctrinam ſuſtinentium, juriſdictionis facultatem à Chriſto Domino non proximè, ſed interveniente Vicario ſuo, Petri Succeſſore, Romano Pontifice, ad Epiſcopos derivari. *Lib. 21. cap. xi.*

Quia verò ſuperiùs de opinione Franciſci à Victoria fuit mentio facta, operæ pretium fuerit, eam propriis ipſiuſmet verbis hìc exſcribere, abſque ullo commentario, vel apodoſi : ut tantò liberiùs ſuum cuique de ea maneat judicium. Sic itaque ipſe docet: " Tertia propoſitio. *Qu. 2. de poteſt. Ecc. n. 16.*
" Tota poteſtas Ordinis in Eccleſia derivata eſt, & pendet immediatè ab Epiſcopis. Volo dicere. Quòd ſicut
" Apoſtoli, & illi ſoli habuerunt jure Divino ordinare, &
" conſecrare Presbyteros, & alios inferiores Miniſtros,
" ita omnes, & ſoli Epiſcopi hoc habent, etiam jure Di-
" vino &c. Secunda propoſitio. Quilibet aliorum Apo- *Num. 27.*
" ſtolorum à Petro, potuit relinquere Succeſſorem, licet
" non univerſalem, ſaltem in quacumque Provincia vo-
" luiſſet, qui eſſet verus Epiſcopus Provinciæ illius &c.
" Tertia propoſitio. Non ſolùm Apoſtoli hoc potuerunt, *Num. 28.*

Num. 29. „ quilibet Succeſſorum ſimiliter potuit relinquere ſibi „ Succeſſorem &c. Ultima propoſitio. Quilibet Epiſco- „ pus in ſua Provincia potuit condere legem, ut Presby- „ teri eligerent Epiſcopum, vel aliam formam inſtitutio- „ nis dare, etiam inconſultâ Sede Petri &c. Sed his non
Num. 30. „ obſtantibus, pono aliam concluſionem. Succeſſores „ Petri potuerunt, & poſſunt pro ſuo arbitrio Epiſcopos „ creare in ſingulis Provinciis, & quaſcumque leges de „ hac re priùs latas tollere, & novas condere, & Provin- „ cias diſtinguere, & omnia ad hæc ſpectantia, pro ſuo „ judicio & poteſtate facere. Omnia enim quæ dicta „ ſunt, intelligenda ſunt, niſi à Sede Petri aliter provi- „ deatur &c. Ex quo patet corollarium; quod nunc non „ poteſt Epiſcopus fieri, niſi ſecundùm formam traditam „ à ſummis Pontificibus: & ſi ſecùs tentatum fuerit, nihil „ efficitur ratum, ſed totum erit irritum, & inane. Dico „ verò quantùm ad authoritatem juriſdictionis. Nam „ quod ad conſecrationem ſpectat, ſecùs eſt. Secundò ſe- „ quitur. Quòd tota poteſtas Eccleſiaſtica ſive ordinis, „ ſive juriſdictionis, mediatè, vel immediatè tota pendet „ à Sede Petri„. Hæc à Victoria. Quæ in eum ſenſum exponunt nonnulli, qui Epiſcopalis juriſdictionis poteſtatem ab Apoſtolica Sede provenire defendunt, ut ipſum noſtris annumerare non dubitent.

Deſuper controverſiam haud fecero, nec cumulabo authoritates neque argumenta in cauſa victrice. Tantùm Pii II. PP. (qui & ipſe Baſileenſi cœtui junior interfuit) verba ex retractatoria ejus Bulla hìc adſcribam: *Requirit ordo ut inferiora à ſuperioribus gubernentur, & ad unum tandem perveniatur, tamquam Principem, & moderatorem cunctorum, quæ infra ſe ſunt. Et ita in Eccleſia Militante, quæ inſtar Triumphantis habet, unus eſt omnium moderator, & arbiter, Jeſu Chriſti Vicarius, à quo tamquam Capite, omnis in ſubjecta membra poteſtas, & authoritas derivatur, quæ à Chriſto Domino noſtro, ſine medio in ipſum influit, & per ordinem in omnem diffundit Eccleſiam.* Et obtrectationes præoccupans, *dicent*, ait, *fortaſſis aliqui,*

aliqui, cum Pontificatu hanc mihi opinionem adveniſſe, & cum dignitate mutatam eſſe ſententiam. Haud eſt ita. Longè aliter actum. Recognovimus errorem noſtrum. Venimus Romam. Baſileenſe dogma rejecimus. Eugenio Pontifici Maximo Caput ſubmiſimus &c. Eramuſq; adhuc penè Laici, quando ad Eugenii obedientiam redivimus. Ex Baſilea Clericali tantùm Charactere inſigniti receſſimus. Nec umquam ſacros induimus Ordines, niſi poſt veritatem cognitam, Baſileenſi cæcitate relictâ.

OBJECTIONUM SOLUTIONES.

REſtat ut perplexæ aliquot objectionum telæ diſſolvantur. Primo aggreſſu Apoſtolus contrà obtenditur, Romanis cum hoc ſui elogio ſcribens: *Servus Ieſu Chriſti &c. per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum.* Principio item epiſtolæ ad Galatas, impoſtorum quorumdam (qui cum non in Apoſtolis, ſed in Apoſtolorum diſcipulis haberi volebant) calumnias eodem titulo refellit. *Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem.* Et c. ſeq. proteſtatur. *Mihi enim, qui videbantur eſſe aliquid, nibil contulerunt.* Aſt quid inde ſubſidii cauſæ adverſæ? Quid conſequens? Aliud profectò nihil, quàm Paulum Apoſtolatûs dignitate donatum ab ipſomet Chriſto Domino, eidem de Cœlis facto conſpicuo: quemadmodum dudum antè, ex omni diſcipulorum numero, quibuſcum converſabatur in terris Dominus totos duodecim elegerat, quos & Apoſtolos nominavit, & creavit, nullius prorſus alterius interveniente miniſterio. Atque adeo jure merito gloriabatur, ſe non ſecùs, ac quoſvis alios Apoſtolos immediatè ab uno Jeſu Chriſto, & illo quidem jam in gloriam Patris recepto, *gratiam & Apoſtolatum accepiſſe.* Magiſtrum Angelicum audiamus interpretem: *Originem autem ſuæ dignitatis deſcribit, cùm dicit: Non ab hominibus, neque per hominem. Et primò removet originem*

Object. I.

Cap. 1,

Cap. 1.

Solutio.

Lect. 1. in 1. cap. ad Galat.

æſtimatam: ſecundò aſſignat veram: ibi. Sed per Ieſum Chriſtum. Origo autem æſtimata erat, quia in tantum Galatæ ſeducti erant, quòd crederent, Apoſtolum non eſſe ejuſdem authoritatis, quâ alii Apoſtoli erant: quia non fuit doctus à Chriſto vel converſatus cum eo, ſed eſſet miſſus ab eis, quaſi miniſter eorum. Opinionem ergo iſtam removet, cùm dicit; non ab hominibus, ſcil. Apoſtolis. Neque per hominem. Id eſt, per aliquem Apoſtolorum in ſpeciali, ſed per Ieſum Chriſtum, qui eſt cauſa originis hujus authoritatis vera.

Lect. 2. in cap. 2. Et poſteà: *Hic oſtendit quòd nihil ſuæ doctrinæ per alios Apoſtolos ſuperadditum fuit, &c. Ideò dicit: Mihi enim, qui videbantur aliquid eſſe, nihil contulerunt. Quaſi dicat, Licet eſſent magnæ authoritatis, tamen nihil addiderunt doctrinæ meæ, nec poteſtati.* Apoſtolatûs nimirum, & quoad *prædicationis officium* (uti ſubditur) *Apoſtolo injunctum à Chriſto. Quia, ſicut ſupradictum eſt; Neque ab homine accepi Evangelium, neque per hominem didici.*

Nihil itaque aliud ex illis, ſimilibuſque dictionibus elici poteſt, quàm Paulum in munere Apoſtolico, non inferiori, ſed pari cum cæteris Apoſtolis loco habendum: utpotè qui perinde, ac illi, omne Evangelii myſterium, non per Apoſtolorum, vel alicujus ex ipſis inſtructionem, verùm per revelationem Jeſu Chriſti edoctus, unà & Apoſtolicam dignitatem, poteſtatem, officiumque prædicandi Gentibus Evangelium ab ipſomet Chriſto Domino, neutiquam ab ejus Vicario Petro, adeptus fuerit. Aſt hoc quis neſciat? Quis neget? Inde autem confici, Epiſcopalem jurisdictionem pari modo à Chriſto derivari, non concurrente nec miniſtrante Petri Succeſſore; ſeu cum dictis Pauli haud-quaquàm conſiſtere, quòd à Petro, tamquam ſupremo Apoſtolici Collegii Capite, poteſtas juriſdictionis in Apoſtolos diffuſa ſit (ſicut in verbis ſuprà recitatis innuit S. Leo, ac plurimi graviſſimi authores ex antè nominatis adſtruunt) quonam argumento evincetur? Portò, ne deſuper contentio ſit, demus ultro: Chriſtum Dominum illos, quos delegit, & Apoſtolos nominavit, ac in ſalutem Gentium legatos deſtinauit, omni

etiam

etiam neceſſariæ juriſdictionis munimine ſingillatim per ſemetipſum inſtruxerit, ad fidem per univerſum terrarum orbem longè, latèque propagandam, ad fundandas ubique gentium ſub Chriſti nomine Eccleſias, ad ordinandum, ſtabiliendumque earum regimen, ad præficiendos ſingulis proprios Epiſcopos, & Paſtores. Indène concludas, ergo & modò omnem illam juriſdictionis poteſtatem, ab ipſo Chriſto Domino immediatè adipiſcuntur Epiſcopi, quemadmodum eam adepti ſunt Apoſtoli? Dic igitur; etiamnùm modò omnia omnium ſpecierum individua ab ipſo Deo immediatè produci, à quo in rerum exordio producta immediatè fuerunt. Adjice & illud. In ultima cœna primi Sacerdotes à Chriſto Domino immediatè ordinati ſunt; oportet ergo, ut & modò Sacerdotes reliqui ab ipſo immediatè conſecrentur. Quaſi opus ſit Chriſtum ſemper in terras deſcendere, aut de cœlis apparere, ut eodem modo miniſtros ſuos per ſeipſum conſtituat, quo tunc, quando perſonaliter præſens aderat: nec ſatis fuerit, Vicarium perpetuâ ſucceſſione permanſurum, cum omnimodæ plenitudine poteſtatis ſuper univerſam Eccleſiam, ad iſta munia pro ſe conſtituiſſe, qui Eccleſiis ſingulis ſingulos Paſtores, ſeu Epiſcopos deputet, eiſque neceſſariam juriſdictionem impartiatur.

Quamquam quòd Apoſtolum Paulum attinet: licet è veſtigio ſuæ vocationis, & converſionis non redierit Hieroſolymam ad anteceſſores Apoſtolos, quod ad Galatas ſcripſit, ideò nimirùm, juxta commentarium Doctoris Angelici: *Quia ita fuit inſtructus à Chriſto, quòd non fuit ei neceſſe, inſtrui ab Apoſtolis:* ſed abierit in Arabiam, ubi non erat locus diſcendi Evangelium ab homine: nihilominùs, quòd ipſe habuerit, & recognoverit Petrum omnibus Apoſtolis, & ſe ſuperiorem, majorique in tota Eccleſia poteſtate præditum, ex eo, quod ibidem ſubdit, fit compertum. *Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum.* Veniſſe ſe declarat inviſurus, non Jacobum, quantumvis Hieroſolymorum Epiſcopum, qui & tunc temporis

Cap. 1. lect. 4. ib.

poris ea in urbe degebat, ſed *Petrum*; propter ſummam ejus excellentiam, & tamquam *ſe majorem*, ut inquit Oecumenius: ſeu ex mente S. Hieronymi; *non diſcendi ſtudio, ſed honoris Priori Apoſtolorum deferendi, & conferendi cum eo Evangelium, quod prædicabat in gentibus, ne forte in vacuum curreret aut cucurriſſet*: atque ab illo ut à Chriſti Vicario, Collegiique Apoſtolici Capite probaretur, & per ejus authoritatem ipſe de hoc ſecutus redderetur. Unde & divinitùs fuit juſſus inviſere Petrum: eam puta ob cauſam, quam aſſignat præter Hieronymum, & Ambroſium, S. Joannes Chryſoſtomus. Quia *Petrus os erat Apoſtolorum, & Princeps, propterea & Paulus eum præter alios viſurus aſcendit. Fratrum enim curam ei commiſerat Chriſtus*. Quod & Theodoretus teſtatur dicens; *Apoſtolorum Principi, quem par eſt, honorem tribuit: ea enim de cauſa venerat; utique in ſuo munere approbandus*: ſeu confirmandus à Principe Apoſtolorum, juxta aliorum, & S. Thomæ expoſitionem ibid. qui ejus hanc dat rationem; *quòd Apoſtolus fuerit par Petro in executione authoritatis, non in authoritate regiminis*. Veterem proinde illam, ac Apoſtolicam invaluiſſe traditionem, confitetur Hieroſolymitanus Patriarcha Sophronius, ut ad Eccleſiaſticam Hierarchiam electi, à Petri Succeſſore, dignitatis Epiſcopalis confirmationem, ac adminiſtrationis authoritatem obtineant, ad Petri Cathedram, velut ad infallibilem legitimorum dogmatum regulam referentes, quæ ſentiant, quæ doceant, quæ prædicent, ad exemplum Pauli, ita ſcribens: *Paulus enim Hieroſolymam aſcendit, quamquam Chriſti diſcipulus cæleſtis. & ſuis anteceſſoribus diſcipulis ſe ſubmiſit, & Evangelicam Doctrinam, quam prædicabat, iis, qui conſpiciebantur aliis antecellere, manifeſtavit, ac dogma cum iis communicavit; poſcens interrogando, ut firmum ſibi fieret, quod tradebat, & exemplum firmum poſteris relinquens, ut ſic ipſi quoque facerent*. Mox ſubjungit. *Huic quoque nos conſuetudini ſervientes, ad vos divina ſcientes, qualis ſit fides noſtra, ut probetis; ſcribimus, inquam, ad vos, qui non ſolùm noſtis diſcernere legitima dogmata ab adulterinis: ſed etiam*

Hom. 8. in Ioan.

In cap. 1. ad Galat.

Lect. 3. in cap. 2. ad Galat.

Epiſt. ad Honor. PP.

etiam quæ deſunt, ſupplere poteſtis: de Apoſtolicæ videlicet plenitudine poteſtatis, quâ Petrus cæteris Apoſtolis ſuperior ac major fuit. Quoniam, ut S. Leo; *inter Beatiſſimos Apoſtolos in paris honoris conſortio, fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cum omnium par eſſet electio, uni tamen datum eſt, ut cæteris emineret.* Quâ quæſo præcellentiâ? Num Apoſtolatûs? Aſt in iſtius honoris conſortio pares fuiſſe Apoſtolos, paremque omnium electionem, jam intelleximus. Ita quidem. Attamen hic & illud obſervandum, quòd *in pari honoris conſortio, fuit quædam diſcretio poteſtatis*: quam diu antè, eodem ferè ſtylo, S. Martyr ita expreſſerat Cyprianus. *Hoc erant utique, & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis: ſed exordium ex unitate proficiſcitur. Primatus Petro datur. Quis enim neſcit*, percunctatur Donatiſtas Magnus Pater Auguſtinus, *illum Apoſtolatûs Principatum, cuilibet Epiſcopatui præferendum?* Quinimò adjicit Gloſſa. "Petrus major fuit aliis, in admini-" ſtratione ſcilicet Paſtoralis juriſdictionis, & poteſtatis". Proptereà *unus* (ut eleganter magnus Leo) *de toto mundo eligitur Petrus, qui & univerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus præponatur, ut quamvis in populo Dei multi Sacerdotes ſint, multique Paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus.* Quàm dilucidè! Omnibus, inquit, Apoſtolis, cunctiſque Eccleſiæ Patribus, ac Paſtoribus, unus præponitur Petrus. Et quorſum iſtud? Ut omnes, vice Dei, & Apoſtolos, & Patres ſupremæ authoritatis imperio regat, dirigat atque Gubernet, quos omnes principaliter, ſed inviſibiliter regit Chriſtus. Eapropter illi uni, non ſoli modò Epiſcopi, verùm & ipſi olim Apoſtoli, hac in parte longè fuerunt, & ſunt inferiores, neutiquam æquales. Petrus alioquin non fuiſſet jam Apoſtolorum Caput, & Paſtor, quod nemo unus Catholicorum aſſerere auſit. Unde etiam, ipſius regimini à Chriſto commiſſi, & ſubditi fratres ſui, eum, ut omnium Principem ac Rectorem patenter agnoverunt, ac venerati jugiter ſunt: tunc

Epiſt. 1. ad Anaſtaſ.

Lib. 2. de Baptiſmo cap. 1. & C. puto. 2. q. 7.

Ibid. Serm. 3. ſupra cit.

quo-

quoque, quando ſimul omnes in Concilium coive-rant.

Object. 2. Documento ſunt Apoſtolica Comitia Hieroſolymis celebrata, quæ pro ſua cauſa adfert, nobiſque objicit præfatus ille Tyro, contendens ex iis haberi, " Matthiam

*Actor.c.*2. " non à Petro, ſed à Chriſto Domino, derelictum à Ju-" da Iſcariote *locum Miniſterii & Apoſtolatûs* (adeoque & u-" tramque poteſtatem juriſdictionis, ac Ordinis) *accepiſſe*".

Solutio. Nec attendit iſti negotio ac ordinationi interveniſſe mi-niſterium Apoſtolorum, & vel maximè ac principaliter, Petri; quòd obſervante Card. Cajetano & illa Sacri textûs

*Ibid.v.*23 Verba ſatis indicant. *Et ſtatuerunt duos &c. Et annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis*: ſeu, juxta Græcum: *Suffragiis ad-ditus ſeu cooptatus eſt*. Ita ut ſorti quæ *cecidit ſupra Matthiam*, acceſſerint inſuper Apoſtolorum ſuffragia, & potiſſi-

Lib. 5. *de act. cum Felice Ma-nich. c.* 4. mùm Petri. Unde S. Auguſtinus pro *ſtatuerunt*, legit, *ſtatuit*, ad Petrum illud referens, & innuens; ipſo Au-thore ac jubente obſequentibus reliquis, ſtatutos ſeu de-lectos ſolos duos, quibus ſortes datæ ſint. Omnia iſta ſiquidem geſta ſunt, ac ordinata dirigente Petro, ac diſ-ponente: qui totius hujus operis erat Choragus. Siqui-dem & in ipſius poteſtate fuiſſe affirmat Chryſoſtomus, per ſemet unum deſertoris judæ loco alium ſucceſſorem imponere, & Collegio Apoſtolico duodecimum aggre-gare, ſi libuiſſet: aſt maluit tantam in rem omnis mul-titudinis adhibere ſuffragia, ut non ſolis modò Apoſto-lis, verùm etiam primitivæ fidelium turbæ, qui ipſiscum *fuerant congregati in omni tempore, quo intravit, & exivit in-ter eos Dominus Ieſus, incipiens à Baptiſmate Ioannis, uſque ad diem quâ aſſumptus eſt*, deferre videatur, tametſi ſupremâ ipſe in univerſos authoritate polleret.

Eâ quippe fretus, magnaque animi confidentiâ *exurgens in medio*, Unus ipſe præ cæteris, Apoſtolici Collegii nu-merum à Chriſto Domino inſtitutum, ut ejus Vicarius complere aggreditur, & perficere; probè ſciens id ad ſeſe unum pertinere, ſibique uni nedum Chriſtiani Gre-

gis,

gis, ſed & ipſorum Paſtorum curam & gubernationem eſſe demandatam. Quare *exurgens in medio*, tamquam Princeps Gregis Chriſtiani, ad quem ſpectabat cura ſupplendi juſtum Paſtorum numerum; ſupremæ ſibi divinitus collatæ poteſtatis exercere munia cœpit. Ità S. Chryſoſtomus: *Quàm cognoſcit*, ait, *creditum ſibi à Chriſto gregem! Quàm in hoc choro Princeps eſt, & ubique primus omnium incipit loqui!* Et inferiùs: *Primus omnium authoritatem uſurpat in negotio; ùt qui omnes habet in manu. Ad hunc enim dixit Chriſtus: Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos.* Similiter Oecumenius: *Surgit*, inquit, *Petrus, non Iacobus, velut is, cui diſcipulorum præſidentia commiſſa eſt. Neque ullus orationi Petri contradixit: ſed mox ad ejus præceptum, conſtituerunt duos, quos digniſſimos eo gradu exiſtimabant.* Viden', mi Tyro, Matthiam, non divino dumtaxat Chriſti nutu declaratum, nec propriâ de cœlo apparentis compellatione vocatum, quemadmodùm fuit Paulus, (quod Cajetanus advertit) ſed Petri interveniente, ac ſuffragante authoritate, Apoſtolici miniſterii locum accepiſſe? Recurre igitur ad alia Apoſtolorum comitia in eorum actis latè deſcripta. Et ibi offendes Petrum omnibus ſuperiorem, omnique Concilio præſidere. *Homil. 3.* *Cap. 15.*

Ais: " Petrum ibi quidem controverſiarum fidei, & " morum judicem infallibilem à Paulo agnitum fuiſſe, ac " poteſtate juriſdictionis cæteris ſuperiorem, eorumque " judicem & Paſtorem extitiſſe". Sed continuò ſubdis: " Quod verò à Petro juriſdictionem habeant cæteri A- " poſtoli, tantùm abeſt, ut inde queat deduci, quin verius " contrarium colligi poſſe videatur. Enimverò ſenten- " tiam ſuam dicere, & non ſolùm conſilium dare, Eccle- " ſiam univerſalem Judæorum ſimul, & Gentium in eo " Concilio docere, ſi actus juriſdictionis non eſt, quid " actus juriſdictionis ſit, non video. Hoc autem præſtitit " Jacobus Hieroſolymorum Epiſcopus, inquiens: *Viri " fratres audite me &c. Ego judico non inquietari eos, qui ex gen- " tibus convertuntur ad Deum &c.* Cujus ſententiæ ſub- *Object. 3.*

Salutio. „ ſcripſere & Petrus, & reliqui Seniores". Falleris profectò, vel fingis, dum eos dicis,ſuam ex iſto loco (cujus non meminerint, credo) deducere ſententiam, eique inſiſtere, qui juriſdictionis poteſtatem divinâ ordinatione per Petrum Apoſtolis docent fuiſſe communicatam. Multò expreſſioribus ipſi, longèque validioribus nituntur fundamentis. Conſule, ſi lubet, & oculos ad propria verba reflecte. Confiteris Petrum in iſto concilio infallibilem controverſiarum, imò & Apoſtolorum judicem, & poteſtate juriſdictionis illis omnibus ſuperiorem, ac Paſtorem extitiſſe: vis nihilominùs in magna illa diſquiſitione (num eos, qui ex gentibus Chriſto caput ſubmiſerant, Circumciſioni legique Judaicæ ſub jici eſſet neceſſum) non Petrum, ſed Jacobum,tamquam Hieroſolymorum Epiſcopum,judicium exercuiſſe ſupremum: univerſam docuiſſe Eccleſiam, denique & pronunciaſſe ſententiam; cui ſubſcripſerint & Petrus, & reliqui Seniores. Hæc porrò quo pacto cohærent cum Primatu, & Principatu Petri, cum ſuprema ipſius in dirimendis fidei quæſtionibus judiciaria poteſtate, cum ſumma ejus in omnes authoritate ac ſingulari totius Concilii præſidentia?

Pro Jacobo contendunt hæretici, & ut loci Epiſcopo, iſti Concilio inde præſidium attribuunt, quòd quaſi ex tribunali deciſivam ſententiam poſtremus dixerit, ac pronunciarit, Petrum autem ipſi, & reliquis de Synodo parem & æqualem: cujus contrarium hiſtorica Concilii ſeries edocet. *Cum magna conquiſitio fieret*, & mota controverſia quàm ſtudioſiſſimè hinc inde diſcuteretur, tandem auditis atque expenſis, quæ eam in rem utrimque erant allegata, *Surgens Petrus*, pro ſummæ ſuper omnes authoritatis ſuæ prærogativa quæſtionem dirimit, Chriſti gregem tam ex Gentibus quàm Judæis collectum, cœleſti doctrinâ, pro ſupremi Paſtoris officio, inſtruit, Fratres confirmat, Fideique veritatem irrefragabili ſententiâ definit, ac determinat, *Tacuit autem omnis multitudo* dictis ac definitis acquieſcens. *Et*, ſicut S. Hieronymus ſcribit:

Ibid. v. 7.

In

In ſententiam ejus Iacobus Apoſtolus, & omnes ſimul Presbyteri tranſierunt. Igitur non Jacobus, ſed Petrus definitivam, ut judex ſupremus Conciliique Præſes, ſententiam dixit, in quam ſuo ſermone conceſſit Jacobus, ac cæteri omnes. Quocirca S. Hieronymus in eadem epiſtola conſtanter aſſeverat, *Petrum Principem fuiſſe hujus decreti, Legem post Evangelium non eſſe ſervandam.* Quodque præterea venit rectè obſervandum: nullo hìc poteſtatis peculiaris, nec dignitatis gradu cæteris præcellebat Jacobus, quem à Petro non acceperat. Nempè à quo fuerat Hieroſolymorum creatus Epiſcopus, ſi S. Joanni Chryſoſtomo credatur, cujus verba ſunt: *Si quis percunctaretur, quomodò Iacobus Sedem Hieroſolymis acceperit? Reſponderem. Hunc, Petrum, totius Orbis Magiſtrum, inſtituiſſe.* Tantæ erat authoritatis maximus omnium Paſtor & Rector Petrus, ut ſine ejus imperio ac directione nihil per omnem Eccleſiam ageretur, cunctique Paſtores adeo in ſuo regimine ab illius nutu penderent, ut juriſdictionis ſuæ, undecumque eam habuerint, exercitium ac uſum ad ipſius potiùs præſcriptum componerent. Etenim, *Sicut Dominus Petro totius gregis curam habere juſsit, ità Petrus ſequentibus Eccleſiæ Paſtoribus jure mandat, ut eum quiſque, qui ſecum eſt, gregem Dei, ſolicitâ gubernatione tutetur.*

Epiſt. 89. inter Auguſtin. 11. cap. 3.

Hom. 87. in Ioan.

Gloſſ. ad cap. 5. Epiſt. 1. B. Petri.

His nihil adverſum, ne vel per umbram quidem ſignificat Apoſtolus Paulus, evocatos ad ſe majores natu Eccleſiæ Epheſinæ hac ſaluberrimâ monitione adhortatus. *Attendite vobis, & univerſo Gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* Licet ad oppoſitam partem trahatur, noſtræque objiciatur. deficit ſiquidem hæc inde deducta conſequentia: ergo & juriſdictionem, quâ demptâ, regere eſt impoſſibile, Spiritus Sanctus eis immediatè tribuit: Quaſi verò qui à Petri Succeſſore particularibus per diverſas regiones Eccleſiis præfecti ſunt, ac Epiſcopalibus Cathedris impoſiti Sacrorum Antiſtites, non ſint etiam poſiti à Spiritu S. regere Greges ſibi deputatos, & ii peculiariter, qui in primitiva

Object. 4.

Act. c. 20.

Solutio.

Eccleſia aſſumebantur ad Epiſcopatus per Sanctorum electionem, & occultam Dei inſpirationem, prout atteſtatur Aquinas: Sed neceſſum tunc fuerit, & nunc adhuc ſit, Spiritum Sanctum mitti de cælis, vel Chriſtum D. ad terras deſcendere, quoties alicui loco præficiendus Epiſcopus; nec ſatis eſſet, quod ipſe Paulus manuum ſuarum impoſitione Timotheum Epheſiorum, alioſque Aſiæ Epiſcopos, ex ſpeciali S. Spiritûs inſtinctu ac ſuggeſtione ordinaſſet ac inſtituiſſet, quemadmodum & per omnes mundi plagas ordinarunt Apoſtoli, ac neceſſariâ inſtruxerunt poteſtate, ad regendam quidem Eccleſiam ſingulis attributam, non autem Eccleſiam univerſalem: hoc enim aſſerere, foret erroneum. Extra omne quippe dubium eſt, univerſalis Eccleſiæ regimen nulli, niſi uni Petro, Romaniſque Pontificibus ejus Succeſſoribus eſſe commiſſum. Epiſcopalis muneris dignitas omniſque Hierarchicus Ordo ipſummet numquid Chriſtum Dominum habet authorem, ad formandum Eccleſiæ ſuæ regimen? Prælatique, Antiſtites, Paſtores, & Rectores, qui in iſtum Ordinem, ſive Canonicæ electionis ſuffragio, ſive legitimæ ordinationis, ac inſtitutionis miniſterio ritè aſſumuntur, nonne jure merito dicuntur, & à Deo vocati, ac à Spiritu S. in muniis poſiti, ad regendum gregem ſibi demandatum Eccleſiamque concreditam, eo quod ipſius aſpirante gratiâ, aſſiſtente ac dirigente numine electi, ordinati, ac inſtituti præſumuntur? Inde tamen non fit conſequens, ipſos à Spiritu S. vel ipſomet Chriſto Domino immediatè indui juriſdictionis poteſtate, ad regendas ſuas Eccleſias: ſicuti nec ab ipſo ordinantur, neque conſecrantur, nec ſacri Ordinis charactere inſigniuntur, niſi Eccleſiaſtici interventu miniſterii, cum perſpicuum ſit, ab illo immediatè quempiam præfatorum, juriſdictionis facultate donari, à quo ei Rectoris, Paſtoris, Prælati, ſeu Antiſtitis officium immediatè imponitur. Alioquin concludendum pariter erit, Diaconos etiam, tum & Sacerdotes, quibus ſuammet ipſe poteſtatem elargitus eſt

Chri-

Chriſtus, ſacriſque admovit, omnes modò, & ſingulos nullâ mediante Pontificis aut Epiſcoporum ordinatione, ab ipſomet Chriſto Domino Sacerdotiô initiari, ac competenti juriſdictione muniri. Quo quid abſurdius? Proinde Eximius objecti textûs Commentator Fromondus rectè monet, quod ſupra viſum. Ex illo nequaquam confici, Epiſcoporum juriſdictionem ab ipſo Chriſto Domino immediatè provenire. Eodem itaque modo dixit Paulus, poſitos à Spiritu S. Epiſcopos ad regendam Eccleſiam, quo ipſum Apoſtolorum Concilium ſcripſit: *Viſum eſt Spiritui Sancto &c.* Non quod à Spiritu Sancto dictata, & immediatè ſancita ſit lex de abolenda circumciſione, cum ab Apoſtolis, præſidente Petro, immediatè fuerit ſtatuta & lata, ſed quod Spiritûs S. inſtinctu, & ſuggeſtione, cauſa iſta deciſa; & decretum formatum ſit, quemadmodùm & Canones Synodales, licet immediatè à Concilii Patribus condantur, ac Apoſtolicæ Sedis in controverſiis fidei definitiones, per Spiritum S. ordinatæ ac editæ dicuntur, pariformiter & Epiſcopi à Spiritu S. ad Eccleſiæ regimen poſiti aſſeruntur, quamvis immediatè per Chriſti Vicarium conſtituantur, ac debitâ ad Eccleſiarum ſuarum gubernationem juriſdictione donentur. Adeoque ponit Spiritus S. uti poſuit ab initio Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, ſed mediante ſupremo ejus ac Apoſtolico Hierarcha Romano Pontifice. Ab illo autem quis accipit immediatè juriſdictionem, à quo immediatè ponitur in Rectoris, vel Paſtoris officio. Hoc ipſum etenim à Spiritu S. eſt. Quid plura in ſpiculum jam olim obtuſum & obtritum?

Neque validius in nos telum torquetur ab Anacleti verbis, quæ referuntur cap. *in novo* diſt. 21. ubi dicitur: *Apoſtoli cum Petro, pari conſortio, honorem & poteſtatem acceperunt: & ipſis decedentibus, in locum eorum ſucceſſerunt Epiſcopi*: quaſi inde conſequens fieret, Epiſcopos perinde ac Apoſtolos, quibus ſuccedunt, omnem juriſdictionis poteſtatem adipiſci immediatè à Chriſto Domino. Expedita *Objectio* 5 *Act.* 15.

Solutio. reſponſio. Ultrò confitemur etiam, cum S. Cypriano, hoc fuiſſe cæteros Apoſtolos, *quod fuit Petrus, pari conſortio præditos, & honoris, & poteſtatis.* Item cum Tridentinis Patribus, ſeſſ. 23. cap. 4. *Epiſcopos in Apoſtolorum locum ſucceſſiſſe.* Perperam tamen inde infertur, eos ſuæ juriſdictionis poteſtatem à Chriſto immediatè accipere, à quo ſic eam acceperunt Apoſtoli: & multò minùs illos Petri ſucceſſori Romano Pontifici in iſtâ poteſtate eſſe pares & æquales. Siquidem verbis ſuis jam citatis continuò ſubnectit S. Cyprianus: *Sed exordium ab unitate proficiſcitur. Primatus Petro datur, ut una Chriſti Eccleſia, & Cathedra una* *Diſt. 22.* *monſtretur.* Utque liquet ex c. *Sacroſancta.* Anacletus quoque affirmat: quòd *inter B. Apoſtolos quadam fuit diſcretio poteſtatis*, quæ ſtatim fiet manifeſta, ubi de Epiſcoporum in locum Apoſtolorum ſucceſſione conſtiterit. Sunt equidem illi horum ſucceſſores, non tamen hæredes, ità ut omnem Apoſtolorum ſtatum, dignitatem, poteſtatem, omneſque prærogativas ad Epiſcopos tranſmigrare opus ſit, eum prorſus in modum, quo quis ſeculi Princeps Principi deceſſori, vel Epiſcopus Epiſcopo ſuccedit, in eadem nimirum dignitate, ſimul & eadem omnino poteſtate. Cujus hæc eſt ratio: quòd Apoſtolica dignitas, ampliſſima per terrarum orbem ab ipſo Chriſto collata juriſdictionis poteſtas, aliaque ſingularia beneficia, eſſent dotes dumtaxat perſonales, & extraordinariæ: adeoque & cum ipſis deſinerent, ac interirent; neutiquam duraturæ uſque ad conſummationem ſeculi, ſicut perdurabit Apoſtolicus & ſummus Petri ſuper univerſam Eccleſiam Principatus, ac ſuprema Cathedra, adversùs quam tartareæ legiones, numquam prævalebunt.

EPISCOPI

EPISCOPI QUO SENSU APOSTOLORUM SUCCESSORES.

" NAm (ut eruditè Melchior Cano) privilegia Apoſto-
" lis à Chriſto conceſſa, aliter ad ipſos, aliter ad *Lib.6.cap.*
" ſucceſſores referuntur· Quippe in Apoſtolis fuerunt *ult. ad fin.*
" etiam privilegia perſonalia amplioris gratiæ, quàm in
" poſteris. Ut V. G. per illa verba, *quæcumq́ ligaveritis ſu-*
" *per terram &c.* & per illa *ſicut miſit me Pater, & ego mitto*
" *vos &c.* intelligimus poteſtatem generalem in univer-
" ſum Orbem Apoſtolos ſuſcepiſſe. Ita pares Petro di-
" cuntur, diſtinctione 29. cap. *Novo &* 24. quæſt. 1. cap.
" *loquitur.* Sed Epiſcopi poſteriores non ſucceſſere Apo-
" ſtolis in poteſtate generali extraordinaria, ſed in ordina-
" ria, quam ſinguli in ſuis Eccleſiis Apoſtoli habuerunt;
" ut Jacobus in Eccleſia Hieroſolymitana, &c. Eſto aliud
" exemplum. Ex verbis illis, *Ego rogabo Patrem, & alium*
" *Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum &c.* re-
" ctè quidem Theologi colligunt, Apoſtolos poſt Spiri-
" tûs S. adventum in gratia confirmatos. Cæterùm non
" ita tranſiit hic Spiritus in Epiſcopos ſuccedentes, ut in
" eis in æternum maneat per gratiæ confirmationem;
" quòd Apoſtolis ex privilegio perſonali donatum eſt:
" ſed id ſolùm tranſiit ad poſteros Eccleſiæ Paſtores, quòd
" neceſſarium erat ad Eccleſiæ communem utilitatem". Sic
& ex illo: *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium* *Marci ult.*
omni creaturæ, colligimus, poteſtatem omnibus ac ſingulis Apoſtolis datam prædicandi ubique gentium, fundandi Eccleſias, Epiſc. Sedes erigendi, Antiſtites, & Paſtores ordinandi, inſtituendique per totum mundum (qua in parte erant Apoſtoli Petro æquales) illâ tamen, utpote extraordinariâ & Apoſtolis propriâ, non gaudent Apoſtolorum Succeſſores Epiſcopi; cùm in extraordinariæ juriſdictionis beneficio locum non habeat ſucceſſio, quantumvis illud cunctis Apoſtolis fuerit à Chriſto D. conceſ-

cceſ-

ceſſum. Sola illa quæ Apoſtolorum Principi ac totius Eccleſiæ Capiti, Petro fuit collata poteſtas, ad ſuos tranſiit Succeſſores, Romanos Pontifices, ut mox patebit. Hinc ipſe pleno jure, omnium & qualiumcumque Epiſcoporum juriſdictionem reſtringit, & circumſcribit, ampliat ac extendit: aufert & reddit, ſecundùm quòd Eccleſiæ utilitati ac bono congruum judicat: utì ſupra fusè demonſtratum eſt.

Iſtorum autem nihil poſſet, ſi Apoſtolis Epiſcopi in omne illimitatæ juriſdictionis participium ſuccederent: eſſetque ea Epiſcopalis Ordinis Characteri, tamquam inſeparabilis proprietas; per divinam conſtitutionem adſtricta. Quinimò ſicuti in poteſtate Ordinis neutiquam diſcrepant, ità nullâ juriſdictionis diſcretione ullatenus differrent. Econtra forent omnes ſinguli æquali prorſus potentiâ, ac authoritate præditi: utpote qui in ſuo regimine & functione, à nemine uno quàm à Deo immediatè dependerent, ſicque Patriarchalis, Metropolitanæ, ac reliquæ dignitatis gradus omnis, ipſeque ſupremus in terris, Eccleſiaſticæ Hierarchiæ Vertex funditùs corrueret. Alia item huc ratio accedit, quæ ex Epiſcoporum in Apoſtolorum locum ſucceſſione inferri haud ſinit, illos perinde, ac Apoſtolos ab ipſo immediatè Chriſto D. juriſdictione donari. Eò quòd non oportet, quemlibet Succeſſorem inde immediatè, eodem privilegio, ac modo inſtitui, regendique recipere poteſtatem, unde deceſſor, & præſertim primus in officio inſtitutus, illam ſingulari inſtitutoris munere ac dono accepit: niſi & velis, priorum in primitiva Eccleſia Epiſcoporum (quos non ſemel cæleſti miraculo, & divinâ revelatione deſignatos, ac Epiſcopali Cathedræ impoſitos ſcimus) poſteros pari modo miraculoque, in eamdem dignitatem & ſolium ſucceſſiſſe.

Hujuſcemodi itaque nequit eſſe Epiſcoporum ſucceſſio. Supereſt, eatenùs illos dici Apoſtolorum Succeſſores, quatenus propter Dignitatis ſuæ Gradûſque ſublimitatem

cæte-

cæteris Sacerdotibus præcellunt, quemadmodum & Apoſtoli dignitatis ac authoritatis celſitudine, 72. Chriſti diſcipulis, qui Presbyterorum typum gerebant, longè majores erant. Tum propter excellentia Superioris Hierarchiæ munia, quæ ipſis tamquam primis ſub uno ſupremo in Eccleſia Hierarchico Monarcha Hierarchitis incumbunt, cum reſpectu ad Apoſtolos, quibus illa primitùs authore Chriſto fuere commiſſa. Seu ut verbis utar Scriptoris, qui Anacleti Epiſtolam, *Quoniam Apoſtolicæ Sedis*, eodem *c. in novo.* relatam, notis illuſtravit. " Dicun- *Cit. cap. in novo.*
„ tur Epiſcopi Apoſtolis ſuccedere per quamdam ſimili-
„ tudinem & proportionem. Quia ſicut ſub Chriſto in
„ terris vivente primi erant Apoſtoli duodecim; ita nunc
„ primi ſub Romano Pontifice ſunt Epiſcopi, non aliter
„ autem Apoſtolis Epiſcopi ſuccedunt".

Cæterùm, quæ de Epiſcoporum ſucceſſione ſunt dicta, in Succeſſore D. Petri, Romano Pontifice locum habere nequaquam poſſunt. Latum enim ipſum inter, ipſiuſque authoritatem, & illos, illorumque poteſtatem diſcrimen ſe prodit. Petro namque, non ut Apoſtolo præcisè, ſed ùt Apoſtolorum omnium Principi & Paſtori, ùt unico & Generali Chriſti Vicario, ùt ſupremo univerſalis Eccleſiæ Capiti ac Monarchæ, ùt omnium Epiſcoporum Epiſcopo, collata eſt omnis poteſtatis plenitudo, non pro ſua modò perſona & vita, ſed duratura in perpetuum, ad univerſum Chriſti ovile, ejuſque Paſtores regendum, paſcendum, inſtruendum, & confirmandum uſque ad conſummationem ſeculi, adeoque erat illa ex ſui inſtitutione poteſtas ordinaria: quam proinde & ad Petri Succeſſores, vi & virtute divinæ iſtius diſpoſitionis immediatè tranſmeare neceſſum eſt. Ampla verò illa, & paulò ante deſcripta reliquorum Apoſtolorum poteſtas, eis, ùt ſpecialibus Chriſti per mundum univerſum Legatis, donata eſt, abſque ulla in invicem, multò minùs in Petrum authoritate, quæque ad eorum vitam tantummodò, non plus ultra foret duratura ſuperſtes; nec ad poſterorum aliquem

tranſitura. Unde non niſi perſonalis ea fuit extraordinaria, ipſorum Apoſtolatui indivulsè connexa & cum eodem extincta. Et hinc fit, Epiſcopos, quamvis legitimè electos, jam inde ab ipſo Chriſtianorum ortu per opitulantem Romani Pontificis dexteram, congruô, prout ei viſum fuerit, juriſdictionis amictu eſſe muniendos. Ipſum verò Chriſti Vicarium, Petrique Succeſſorem, ſimul ac ritè eſt electus, ſine ullo ſive collatoris, inſtitutoris, ſive confirmatoris interveniente ſubſidio, ſed omni ac plenâ ſuper omnem Eccleſiam juriſdictionis poteſtate ac virtute ex alto indutum, Apoſtolicæ Cathedræ in Petri locum ſuccedere.

Ex dictis jam eluceſcit intellectus verborum, quibus veteres aliquam Apoſtolorum cum Petro æqualitatem agnoſcunt in pari conſortio honoris & dignitatis, cum quadam diſcretione poteſtatis. Brevi hôc compendio illum exprimit M. Mauclerus: " S. Petrus æqualis fuit „ Apoſtolis cæteris ratione Apoſtolatûs, ſuperior ratione „ Epiſcopatûs, & Paſtoralis dignitatis". Datque rationem. " Quia licet omnes immediatè Chriſti conceſſione „ creati ſint Apoſtoli, à S. Petro in juridica functione „ pendebant, ejus ſubditi poteſtati". Deinde concludit: " Patet ergo clariſſimè, quâ parte S. Petro pares ſint A- „ Apoſtoli: nempe ratione Apoſtolatûs & Ordinis: „ quaque inferiores; ratione videlicet Epiſcopatûs, & Mo- „ narchici Paſtoraliſque Principatûs exſtiterint". Ejuſdem mentis eſt Andreas Duvallius, qui egregiè rem totam hactenùs explanatam ità abſolvit. " Quamvis poteſtas clavium Apoſtolis omnibus à Chriſto data ſit, multò „ tamen eminentiùs & perfectiùs Petro conceſſa eſt. „ Quippe qui eam tamquam Paſtor Ordinarius acceperit: „ Apoſtoli verò tamquam extraordinarii: & quibus decedentibus, ad eorum Succeſſores nullo modo erat derivanda".

Par. 2. de Monarch. Eccl lib. 2. cap. 9.

Tom. 2. tractat. de Rom. Pontif. in Ecclef poteſt. p. 1. q. 3.

Ad hanc autem differentiam deſignandam, uni Petro coram aliis omnibus adſtantibus, ſuprema in regno cælorum, ac ordinaria poteſtas, clavium nomine, à Chriſto

pro-

promiſſa fuit, deinde & commiſſa; quod obſervavit Origenes inquiens: *Quoniam oportebat aliquid majus habere Petrum &c. Ideo illi ſic dicit: Et tibi dabo claves regni cælorum.* *Tract. 6. in Matth.* Tranſivit quidem & in alios Apoſtolos vis poteſtatis iſtius, ad quæcumque liganda ac ſolvenda ſuper terram: & ad omnes Eccleſiæ Principes, Apoſtolorum Succeſſores, decreti hujus conſtitutio commeavit: ſed non fruſtra uni primùm commendatur, quod omnibus intimetur & communicetur. Etenim (ut cum Magno Leone loqui pergam) *Hujus muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, ut in Beatiſsimo Petro, Apoſtolorum omnium ſummo, principaliter collocaret.* *Epiſt. 80.* Patrum veſtigiis fideliſſimè inſiſtere ſolitus Angelicus Præceptor, primum hoc adducit argumentum. *Videtur, quòd ſupra Epiſcopos non poſsit eſſe aliquis ſuperior in Eccleſia. Quia omnes Epiſcopi ſunt Apoſtolorum Succeſſores. Sed poteſtas, quæ eſt data uni Apoſtolorum, ſc. Petro, Matth. 16. eſt etiam data omnibus Apoſtolis, Ioan. 9. Ergo omnes Epiſcopi ſunt pares, & unus non eſt ſuper alterum.* *4. diſt. 24. q 3. art. 2. q^la. 3.* Et reſpondet: *Quod quamvis omnibus Apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi, & ſolvendi: tamen, ut in hac poteſtate ordo aliquis ſignificaretur, primò ſoli Petro data eſt: ut oſtendatur, quòd ab eo in alios debet iſta poteſtas deſcendere. Propter quod etiam ei dixit ſingulariter. Confirma fratres tuos. Et Paſce oves meas, id eſt, loco mei. Vbi Chryſoſtomus dicit. Præpoſitus & Caput eſto fratrum: ut ipſi te in loco meo aſſumentes, ubique terrarum in throno tuo ſedentem prædicent,* & venerentur. Unde in Commentario ſuper cap. 16. Matth. ad illa verba: *Quodcumque ligaveris ſuper terram &c.* in fine infert: *Et hac ratione Papa, qui eſt loco S. Petri, habet plenariam poteſtatem: alii verò ab ipſo.* Denique, ne Epiſcopum Vavrenſem M. Raconis, Cardinalem Peronium, alioſque plures celebriores Sorbonæ Doctores, qui eadem quoque documenta tradiderunt, attexere opus ſit, unum ſolummodò adducam, illudque Illuſtriſſimum Purpuratorum Patrum par, Joannem Antonium à S. Gregorio, ex Mediolanenſis Eccleſiæ Præpoſito Cardinalem Alexandrinum, & *Sect. 1. c. 5. §. 7. Lib. 2. Reipubl. cap. 56.*

Thomam Cajetanum. Ille in Commentario Capituli *in novo*, ſæpiùs recitato, ita ratiocinatur. " Petro immediatè „ à Chriſto eſt cura Paſtoralis plena totius Gregis Domi- „ nici commiſſa his verbis : *Simon Ioannis, paſce oves meas* „ *&c.* Ergo ſoli Petro hoc dictum eſt : quod non eſſet, ſi „ Paſtoralem authoritatem cum Petro, ſimul alii ſuſce- „ piſſent Apoſtoli".

Hic verò prædicta hucuſque omnia uno Capite comple- xus paulò fuſiùs explanat, & oſtendit, " Quòd Apoſtoli " inter ſe poſſunt comparari dupliciter ; primò inquan- " tùm Apoſtoli: & ſic omnes fuerunt æquales. Alio mo- " do, inquantum oves Chriſti : & ſic Petrus ſolus eſt " Paſtor, & reliqui oves ſub illius cura &c. Apoſtoli, " quantùm ad Apoſtolatûs authoritatem fuerunt æquales " ſimpliciter, & hanc poteſtatem habuerunt à Jeſu Chri- " ſto immediatè, ſicut & Apoſtolatum. Si autem conſi- " deremus, quòd etiam ipſi Apoſtoli, oves erant Chriſti, " à quo ſtatutum eſt, ut ſit unum ovile & unus Paſtor ; " ſic Petrus invenitur ille unus Paſtor cui dictum eſt, *Paſ-* " *ce oves meas* : & reliqui inveniuntur unius ovilis oves. " Chriſtus namque poſuit Petrum, Caput unum totius " corporis Eccleſiæ, à quo in omnes poteſtas juriſdictio- " nis, & ordinis ordinariè derivaretur. Et ſic Eccleſia " una ſub unico tantùm Capite, Petro ſcilicet, & habet " Apoſtolos omnes, immediatè à Chriſto poteſtatem " Ordinis & juriſdictionis habentes ex gratia prævenien- " te ; & habet Petrum, ſolum Caput Apoſtolorum cæte- " rorum, & omnium à quo in Apoſtolos aliquos, & in " omnes ordinariè poteſtas ordinis, & juriſdictionis de- " rivanda eſt.

3. tract. 1. de author. Pap. & Concil.

" Et ut clariùs eluceſcant dicta, ſcito, quinque eſſe " differentias inter poteſtatem Petri, & aliorum Apoſto- " lorum. Prima eſt in modo dandi, & accipiendi. Quia " Petro data eſt ordinariè, aliis autem ex ſpeciali gratia. " Secunda eſt in officio ; (Et ſequitur ex prima) quòd " Petrus factus eſt Vicarius Generalis Jeſu Chriſti, alii

verò

" verò facti, velut Legati ſeu delegati ejus. Tertia eſt
,, in objecto poteſtatis: quòd aliorum poteſtas juriſdi-
,, ctionis non erat ſupra ſe invicem, ſed ſuper alios: Pe-
,, tri verò poteſtas erat & ſuper alios, & ſuper ipſos reli-
" quos Apoſtolos, dicente ſibi ſoli Chriſto. *Paſce oves*
" *meas*, in quarum numero, ſine dubio erant Apoſtoli.
" Quarta eſt in perpetuitate poteſtatis. Quia aliorum po-
" teſtas finienda erat cum vita eorum: quoniam data eſt
,, eis in perſonis propriis pro ſolis perſonis propriis, &
,, non pro eorum ſucceſſoribus. Petri verò poteſtas uſ-
,, que ad conſummationem ſeculi perſeverat: quia data
,, eſt ſibi in perſona propria, non ſolùm pro ſe ipſo, ſed
,, omnibus Succeſſoribus ſuis: quod Sancti Doctores ex-
,, primunt ſub aliis verbis dicendo: quod data eſt Petro
,, IN PERSONA ECCLESIÆ. Et ex hac differentia oritur,
,, quod nullus eſt Succeſſor Joannis aut Jacobi, nec e-
,, tiam Pauli Apoſtoli in authoritate Apoſtolatûs, univer-
,, ſalis gubernationis Eccleſiæ, ſicut Apoſtoli guberna-
,, bant ubique, ſed tantùm in poteſtate Ordinis & regi-
,, minis unius certæ Eccleſiæ, ſuccedunt Epiſcopi. Sed
,, ſolius Petri ſucceſſor eſt, & dicitur Papa. Quinta &
,, ultima pro nunc eſt in ipſa eſſentia poteſtatis. Quo-
,, niam authoritas communiter Apoſtolis data, ex vi A-
,, poſtolatûs fuit velut potentia executiva, unde &
,, à Sancto Thoma vocatur poteſtas gubernandi: guber-
,, natio enim executionem ſonat. Authoritas verò data
,, ſoli Petro quùm factus eſt Papa dicente Chriſto, *Paſce*
,, *oves meas*, eſt potentia præceptiva: & proptérea voca-
,, tur à S. Thoma, authoritas regiminis. Propter quod
,, dixit S. Thomas. Paulus fuit par Petro in executione,
" non in authoritate regiminis ad Galat. 2. & ad Cor. 12.
,, Eccleſiæ regimen, quod ſonat executionem, non au-
,, thoritatem regiminis, quod ſonat Imperium, commiſ-
,, ſum dicit Apoſtolis, Petro autem abſolutè poteſtatem
,, dedit omnium. Hæc ibi. Unde capite ſequenti poſt
objectionum ſolutiones ad calcem infert. Ex his autem

„ patet, quòd ſolus Petrus habuit vicariatum Jeſu Chri-
„ ſti, & ſolus immediatè poteſtatem juriſdictionis ordi-
„ nariæ à Chriſto accepit, ita quòd ab eo alii ordinario
„ jure accepturi erant, & ei ſunt ſubjecti." Divinæ ergo inſtitutionis eſt, & ipſos Apoſtolos S. Petro, ut Chriſti Vicario, ut Supremo ſuorum omnium Paſtori ſubditos, regiminiſque authoritate fuiſſe inferiores, & Apoſtolorum Succeſſores Epiſcopos, legitimo Petri in plenitudinem poteſtatis Succeſſori ſubjectos, impares, ac inæquales, nec niſi in partem ſolicitudinis eſſe receptos, quibus omne juriſdictionis participium ab Apoſtolica Cathedra debeat provenire.

Perſtat itaque inconcuſſa, apertiſſimis SS. Scripturarum oraculis enuntiata, priſcorum æquè, ac ſubſequorum Patrum teſtimoniis commendata, & Conciliorum monumentis nixa, perpetuâ Eccleſiæ diſciplinâ, uſuque ſtabilita, validiſſimis rationum momentis fulta, atque ab impugnationibus vindicata, ſarta, tecta veritas. Nimirum. Epiſcopos, non immediatè à Chriſto Domino (ut Apoſtolis ſpeciatim datum fuit) nec ab ipſo in cœlis regnante & vocante, quaſi totidem Paulos, ſed à Chriſti Vicario univerſam ejus in terris Eccleſiam gubernante, Eccleſiaſticæ juriſdictionis poteſtatem omnino recipere.

Finio proinde, ſed in bono omine, ac Urbani Papæ II. voce, ex c. *Quorum.* diſt. 68. reſonante. "*Quorum vices*
„ *in Eccleſia habeant Epiſcopi, & quis eis hanc dignitatem dare*
„ *debeat, S. Auguſtinus oſtendit, inquiens. Quid eſt, pro Patri-*
„ *bus nati ſunt tibi filii? Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis*
„ *filii nati ſunt tibi: conſtituti ſunt Epiſcopi. Hodie enim Epiſ-*
„ *copi, qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt? Ipſa Eccleſia*
„ *Patres, illos appellat: ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in Se-*
„ *dibus Patrum.* (Et infra) *Filios genuit Eccleſia, conſtituit eos*
„ *pro Patribus ſuis Principes ſuper omnem terram*. Ipſa Matrix & Magiſtra, divinæ voluntatis conſcia, ejuſque inſpiratione fæcunda ac inſtructa, ex Apoſtolico Romanæ Cathe-

In Pſal. 24.

Cathedræ throno per ſponſi ſui Vicarium, *illos conſtituit in Sedibus Patrum.* Ipſa Antiſtites creat, & Paſtores. Ipſa illos *pro Patribus ſuis* ponit in regimine. *Ipſa conſtituit eos, Principes.* ' Omnes enim Epiſcopi à Petri Succeſſore Ro-
„ mano Pontifice immediatè ſuam juriſdictionem certis
„ limitibus definitam conſequuntur.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CENSURA.

DEclarationis, *quæ Pariſiis prodiit in Martio anni* 1682 *ſub nomine* Cleri Gallicani, *doctrinam longè in ſingulis Propoſitionibus diſſidere à doctrina antiquorum Lovanienſium oſtenderat antea ſolidè* D. A. A. *in libello à me approbato, præferente hunc titulum,* Doctrina, quam de Primatu, Authoritate, ac Infallibilitate Romani Pontificis tradiderunt Lovanienſes S. Theologiæ Magiſtri &c. *nunc verò nactus aliquod temporis ſpatium, pleniùs aſſumptam antea materiam, cùm deduxerit, probaveritq; etiam ex ipſiſmet Galliæ Scriptoribus, in Libello cui Titulus,* Mantiſſa celebriorum in Belgio & Gallia Scriptorum &c. *utiliter omnino hoc tempore etiam Libellus hic luci publicæ dabitur, ut pleniùs* (*ſi qui adhuc dubitent*) *appareat, quam nova ſit dicta Declarationis doctrina, & ab omni Catholicorum antiquitate aliena. Eodem jure lucem publicam meretur ejuſdem* DISSERTATIO de Immediata Epiſcopalis & Synodalis Juriſdictionis origine, *ut prurientia ad novitates, & petulantia ingenia ad lucem veritatis reducantur, ſi necdum obdurata ſint: aut ſaltem veri Eccleſiæ filii ab ejuſmodi Magiſtris, quibus uni Sanctæ Romanæ Sedi data immediatè à Chriſto authoritas diſplicet, cavere diſcant. Datum Lovanii* 1. *Septembris* 1683.

NICOLAUS DU BOIS, Sacrarum Litterarum Primarius Profeſſor, Librorum Cenſor.

Digitized by Google

Digitized by Google

5-6-2